



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra  
Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

E.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

cretum de peccato originali ad clausulam, de Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Extat ad finem, & ante Apologiam contra Ambrosium Cathernum, Lib. impress. Salmantica 1554. in 4.  
**DOMINICUS Tuccius**, Congregationis Clericorum Matris Dei Italus, brevem, devotumque modum fructuose recitandi Coronam duodecim Stellarum, in honorem Matris Dei MARIE fecit. Hec autem Corona est de Immaculata Virginis Conceptione. Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. fol. 353.  
**DOMINICUS Varona de Castilla Valdivetus**, Poeta Hispanus, sic pro Conceptione Virginis MARIE cecinit:

Querunt ab infecta primi radice parentis  
Defundunt maculam legi volente trahunt.  
Si quis ab hac cali magnam non excipit alti  
Reginam, miserè salitus ille miser, &c.

In libro super Ave MARIA R. P. Petri de Varona, impress anno 1596. in 4.

**DOMINICUS Vigilensis**, Archipresbyter Venetus, in Kalendario perpetuo, ad diem 8. Decembris: *Concepcionis Sanctae MARIE festum Ecclesie Fratrum Minorum, & Sancte MARIE Misericordiae.* Lib. impress. Venetus 1573. in 8.

**DONATUS Marra** Beneventanus, Ordinis S. Augustini Italus, in explicatione Hymnorum, fol. 205. in expositione Ave Maris Stella, inquit: Iu hoc nomine composito ex A, & Ve, interjectione exēcrantis ostendit te esse sine maledictione tam originali, quam actuali, mortali, & veniali peccati, sine macula exteriori & interiori, &c. Lib. impress. Neapoli 1578. in 4. Alia habet, quæ ibi videri possunt §. Et bene dicitur stella, &c.

**DONATUS Mazzolius** Romanus, recitavit Speculum Archimedum, sive Ustorium amoris, pro Virginis MARIE Immaculata Conceptione. Extat lib. impress. Romæ 1632. in 4.

**DONNUS Vincentius**, Monachus Cœnobij D. Severini de Neapoli, Cassinensis Italus, in libro dicto: Collirium mentis, in quo pleraque Christi nomina ex veteri, novoque Testamento excerpta notantur, in salutationibus Christifera Virginis ex sacra Scriptura defectis, inquit: *Ave Immaculata gignens Immaculatum, &c.* Vale, sola post Christum sine peccato concepta vale, qua reformasti turpiter in peccato conceptos, &c. Impr. Neapoli 1562. in 8.  
**DOROTHEUS à S. Renato Gallus**, Carmelita Provincie Turonensis, & observantie Rhenonensis, in suis Commentariis super libros Regum, lib. 1. cap. 11. & 12. ostendit Carmelitas ab antiquo agnovisse in monte Carmelo mysterium Conceptionis Immaculatae Beate Virginis MARIE Dei Gratias; & deinceps in suo Carmelitarum Ordine cultum ei fuisse exhibitum. Manuscript. Parisiis apud eundem.

**DOROTHEUS Vulrabius**, natione Belga, edidit de Beatae MARIE Virginis Conceptione, Carmina saec. Impress. Lovani 1608. ut refert Hippolytus Marracius, in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1608. & 1604. Vide Leonem, in Biblioth. manuf. class. 6. & Franc. Mariam à Pistoia, cor. 2. cap. 8. fol. 227.

## E.

**EBERHARDUS Barkin**, Ordinis Premontrensis Belga, in Conclusionibus Theologicis de

Peccatis, Habitibus Antwerpia die 12. & 13. Julij 1647. defendit Virginem MARIAM non fuisse inquitam peccato originali, vel per unum instanti, &c. Fuerunt impressi. eodem anno in 4. Vide verb. Marcharius Simeono.

**ECCL ESTIA** Catholica universalis, ac Sancta, celebrat festivitatem *Immaculatae Conceptionis*, & primò Romana, caput & Mater omnium Ecclesiarum, tam in capite, quam in membris, id est, in Sacello Pontificio, & in omnibus Cathedralibus, Religionibus, &c. In communis, ac privatim ab omnibus Ecclesiasticis, ac Christi fidelibus celebratur sub expressa voce, titulo, & nomine *Conceptionis*, scilicet *Sanctificationis*, ut videre est in omnibus Kalendarijs, Breviaris, atque Missalibus, de quibus suis locis; & etiam sub expresso titulo *Immaculata*, in quamplurimis.

Abyssinorum, celebrat festum *Conceptionis Virginis MARIE*, ut ex Nicolao Codino refert Franciscus de Hautefère de Salvaizon J. C. Gallus, in libro de Pietate Ecclesie Orient. in honorem *Conceptionis*, &c. fol. 5. Impress. Parisijs 1645. in 8. Vide etiam Ludovicum de Urríeta, Ordinis Prædicatorum, in Historia Aethiopie, Petrum de Ojeda, in sua Informatione, cap. 2. Velazquez lib. 4. dissent. 4. adnot. 3. fol. 339.

Ægyptiaca Ecclesia, à temporibus Apostolorum habuit constitutinem celebrandi festivitatem *Immaculatae Conceptionis* semper Virginis MARIE, ut refert Matthæus Westinus, in Chronicon ad annum 1228. Judocus Coctius, lib. 3. art. 6. Stephanus Ragulinus, lib. 1. Petrus de Ojeda, in *Apologia*, à capite 2. Joannes Antonius Velazquez, libro 4. dissent. 1. adnot. 1. & dissent. 4. adnot. 3. folio 339.

Albiganensis, in sua Diocesana Synodo, & Constitutionibus ac Decretis, conditis a D.D. Vincentio Laudinello Episcopo, fol. 501. de Publicationibus per annum, Dominica 1. Decembris, inquit: Legatur Summarium indulgentiarum Confraternitatis *Immaculatae Conceptionis B. MARIE Virginis*, ubi canonice fuerit instituta. Infra in codemmet libro, folio 535. inquit: Summarium Indulgenciarum conceclarum à Sanctitate D.D. Papæ Pauli V. Confraternitati *Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis*; Summarium autem incipit sic Italice: Sua Santità per suo Breve dato in Roma à 11. 5. de Luglio 1607. concedi à tutti li fideli Christiani, &c. pretenduntur Indulgencie, usque ad fol. 538. Ibidem. Item, tit. 18. de Festivitatibus, quæ observari debent in prædicta Diocesi ex præcepto, ad diem 8. Decemb. inquit: *Concepcionis B. MARIE Virginis*, ex voto Reipublicæ. Lib. impress. Papiæ, anno 1620. in 4.

Alexandrina, celebrat festum *Conceptionis Virginis MARIE*, ut testantur Petrus Ojeda in sua Informatione, Novaes, & alii.

Amalphitana, in Decretis Synodi Diocesanae, habitis die 18. Octobris 1639. per D. Angelum Picum Archiepiscopum, tit. 19. de Diebus festis, ac eorum observatione, fol. 69. die 8. Decemb. *Concepcionis B. MARIE Virginis*. Lib. impress. Romæ 1640. in 4.

Amerina, in Diocesana Synodo, habitâ à D. D. Antonio Maria Episcopo, anno 1595. num. 757. de Diebus, qui festi sunt: *Concepcionis B. Virginis MARIE*, die 8. Decemb. fol. 152. Lib. impress. Veneriis, anno 1597. in folio.

Z

Andriensis,

Andriensis, in Diceesana Synodo, & Constitutionibus, editis à D. Luca Antonio Resta Episcopo, anno 1582. tertio Nonas Decemb. cap. 5. fol. 64. de Festivitatibus observandis in Civitate Andriensi, ad diem 8. Decemb. *Conceptio Beatissime Virginis MARIE.* Lib. impress. Cupertini, anno 1584. in 4.

Angeli Sancti Lombardorum, alias Sanctangelus Lombardorum, ut extat in Synodo Dicecliana, in Constat. & Decret. editis die 2. Septemb. 1623. per D.D. Herculem Rangonum, Mutinensem & Bisacrarum Episcopum, cap. 11. fol. 35. de Festivitatibus ex præcepto observandis, ad diem 8. Decemb. *Conceptio B. Virginis MARIE.* Lib. impress. Romæ 1624. in 4.

Anglicana, celebrat ac celebavit festum *Inmaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, à tempore S. Anselmi, vel Elphini Abbatis, imò secundum aliquos fuit prima in Europa. Vide Velazquez, lib. 4. dissert. 1. & 2. adnotat. 3.

Armenia, à temporibus Apostolorum, habuit consuetudinem celebrandi festum *Inmaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, ut latè referunt Petrus Ojeda in sua Apologia, à cap. 2. Judocus Coecius, lib. 5. art. 6. Stephanus Ragulinus, libro 1. Velazq. de MARIA Immaculata concepta, lib. 4. disserr. 1. adnot. 2. & disserr. 4. adnot. 3. Matthæus Westinus Asturicensis, in Chronicon seu: Flores historiarum, ad annum 1228. fol. 124.

Aretina, in Constitutionibus & Decretis Synodalibus à Domino D. Petro Uslimbardio, Episcopo Aretii habitis anno Domini 1597. fol. 219. in Catalogo festivitatum, quæ observari præcipiuntur in Diceces. de Arezo ab omnibus personis, tam sacerularibus, quam Regularibus, inquit: Die 8. Decembbris, *Conceptio MARIE Virginis*, propter usum Civitatis. Lib. impress. Florentiæ, anno 1598. in 4.

Aculana, ut in Synodo promulgata, anno Domini 1596. sub Illustrissimo Domino Fratre Hieronymo Bernerio Corrigensi, ex Ordine Prædicatorum, ac tituli S. MARIE supra Minervam S.R. E. Presbytero Cardinali, Episcopo, & Principe Aculano, fol. 42. in Catalogo dierum festorum præcipit, ut obseretur festum *Conceptionis B. Virginis MARIE*, cum aliis festivitatibus particularibus, &c. sub penis ibidem assignatis. Lib. impress. Aculi 1596. in 4.

Asturicensis, in Constitutionibus Synodalibus, factis & ordinatis à D. D. Petro de Acuña, & Avelaneda Episcopo, lib. 2. de Feris, ac festivitatibus observandis, fol. 35. ad diem 8. Decembbris: *Conceptio Domine nostre Virginis MARIE.* Constitutiones factæ fuerunt anno 1552. Lib. impress. Vallisoleti 1553. in folio.

Balneoregiensis, in prima Synodo Diceesana, edita à Carolo Trocto Ferrarensi, Episcopo Balneoregiensi, fol. 71. in Catalogo de Censuris, & casibus Summo Pontifici jure Canonum, Conciliorum, ac variarum Constitutionum Pontificalium reservatis, litt. M. inquit: *MARIE Virginis Conceptionem tractans contra Sixti IV. Constitutiones, & Decreta Tridentini*, cap. Fœlicis, de pten. 16. & Pij V. const. 114. incurrit enim super pensionem à divinis; & Sixti, IV. in Extravag. Gravè nimis. Et folio 107. de Diebus festis, eorumque observantia, ad diem 8. Decembbris: *Conceptio Beatae Virginis MARIE.* Et folio 108. in Kalendario festorum,

quæ in Dicecesi Balneoregiensi, celebrantur, propter festos dies ab Ecclesia Catholica ex præcepto observandos, & præcipue ab Ecclesijs Dies, ad diem 8. Decembbris: *Conceptio B. MARIE Virginis* supra portam Pontis, duplex. Lib. impf. Roma 1600. in 4.

Bellunensis, in Diceesana Synodo promulgata die 27. & 28. Aprilis, anno 1629. habita à D.D. Joanne Delphino Episcopo, & Comite Bellunensi, folio 68. de Festivitatibus quotannis promulgatis ad præscriptum Concilij Aquilieni, ad diem 8. Decembbris, adducit festum *Conceptio B. MARIE Virginis*. Lib. impress. Belluni 1629. in 4.

Barchinonensis cum Episcopo, votum, ac plementum emisit pro immunitate Virginis MARIE, peccato originali, anno 1618. Christophorus de Vogli, Palest. 3. certam. 20. folio 134.

Beneventana, celebrat festū *Conceptionis Beatisimae MARIE Virginis* duplex, ut videtur in Catalogo Sanctorum prædicta Ecclesia. Impf. Neapol. 1635. in 4. auctore Mario de Viperga, ius verba sunt: *De festo Conceptionis Beatisimae MARIE Virginis*, cum octava. Festum *Conceptionis Beatisimae MARIE Virginis*, vite dedit principium. Per hanc sacratissimam Virginem homo ad cœlum revocatur; per hanc omnis creatura idolorum errore deserto, conversa est ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad sanctum Baptismum perseverunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclesiae; hac adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam; per hanc unigenitus Deus Filius vera lux effusus sedentibus in tenebris, & umbra mortis; per hanc Prophetæ prænuminatio; per hanc Apostoli salutem gentibus prædicatio; Quisnam poterit hujus laudum præconia explicare, MARIA Mater & Virgo? *Huius sanctissimæ festivitatem* cum gaudio celebremus, ejus Filium Ecclesiae Sponsum immaculatum adoremus; et honor, & gloria in secula seculorum, Amen. Quam festivitatem Ecclesia Beneventana maxima cum veneratione, ac cum octava honorat & colit sexto Idus Decembbris.

Bergomensis, in libro sub titulo: *Ceremonialis ritus, & cultus sacrorum; Epitomeque aliorum, & Constitutionum Synodi* celebratis post Concilium Tridentinum in Summa casuum reformatorum, fol. 57. de Extravagantibus, inquit: Qui affere audent, in hæresim aut peccatum mortale incurrere, qui B. Virginem ab originali peccato præseruat, dicunt, & è contra, &c. Lib. impf. Brixia 1568. in 12.

Bituntina Synodus, celebrata sub R.P. D. Cornelio Mussio, Episcopo Bituntino, &c. in Kalendario Ecclesie Bituntini, fol. 243. inter sex festivitates *Beatisimæ Virginis MARIE*, primam numerat *Conceptionem ipsius Deiparae.* Lib. impress. Venetiis 1579. in fol.

Bononiensis, in prima Synodo Diceesana, à Eminentissimo ac Reverendissimo Domino D. Hieronymo Columna, S. Agnetis in Agone Divino Cardinale, Basilicæ Lateranen. Archiprebytero, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Archepiscopo Bononiensi. & Principe, habita in Metropolitana Ecclesia, anno 1634. cap. 5. de Catholica verbi Divini prædicatione, fol. 21. inquit: *de Immaculata B. Virginis Conceptione tractatur*, nec latum quidem unguem, à Tridentini Concilio præcipito, ac Summorum Pontificum Constitutionibus discedat.

descendant. Et ad marginem citant Leonem X. an. 1516. Concilium Trident. sess. 5. de Peccato originali, Constit. Pii V. & Constit. Gregorii XV. 29. anno 1622. Lib. impress. Romæ 1634. in 4.

Burgenis, in Constit. Synodalibus, compilatis, factis, & ordinatis per Illust. ac Rev. D. D. Francisco Pacheco de Toledo, Cardinalem S. R. E. Sanctæ Crucis in Hierusalem, primum Archiepiscopum Burgen. an. 1575. lib. 2. de Ferijs, cap. 1. de Festivitatibus observandis, fol. 99. inquit: *Concepsio Domini nostri die 8. Decembbris obseruantur in hac Civitate, pro voto facto, & non manducandi canes in vigilia ipsius; & in pluribus alijs locis huius Archiepiscopatus, observatur hæc festivitas ex devotione; concedimus autem observantibus hanc festivitatem, octoginta dies indulgentiarum.* Lib. impress. Burgis 1577. in fol.

Burgi Sancti Domini Ecclesia, in prima Synodo Dioecesis, quam habuit R. D. D. Joannes Linatus Episcopus, anno 1608. die 14. Octobris, in Tabula dierum festorum, fol. 39. ad diem 8. Decemb. Festum Conceptionis B. MARIE Virginis, &c. & de Ferijs, fol. 77. ad diem 8. Decembbris: *Concepsio B. MARIE.* Lib. impress. Parma 1608. Et in Constit. Synodalibus eiusdem Burgi, editis à R. D. Carolo Succio, eiusdem Ecclesie. Præcepto, fol. 7. titulo de Festorum dierum cultu, inquit: Idcirco decernit Synodus, ut Sancti Protectoris, & Patroni, huius Ecclesie Domini, die 9. mensis Octobris, cuius corpus in eadem (maximus quidem thesaurus) asservatur; item & S. Gislameri, die 17. mensis Septembr. cuius etiam in eadem est corpus, festi dies colantur, ac serventur ubiq; in iurisdictione hujus Præposituræ, ac si esset dies Dominicus. Idem statuit & de festo *sæcundissime Conceptionis gloriose V. MARIE.* &c. Lib. impress. Casalimaior 1584. in 4.

Burgi S. Sepulchri Ecclesia, in Dioecesana Synodo, habita anno 1641. à D. D. Dionysio Busforro, Ordinis Servorum B. MARIE Virginis, & Episcopo, fol. 39. de Festis diebus ex Ecclesia præcepto, aut ex Civitatis, vel Dioecesis devotione, vel consuetudine, pia devotione agendissad diem 8. Decembbris: *Concepsio Beatae Virginis MARIE.* Lib. impress. Florentia 1641. in 4.

Brundusina, in Synodalibus, Constitutionibus primis, & secundis, à D. D. Joanne à S. Stephano de Falces, Ordinis S. Hieronymi, Archiepiscopo, cap. 29. de Festis in dicta Dioecesi observandis, fol. 126. ad diem 8. Decembbris: *Concepsio Beatae MARIE Virginis.* Lib. impress. Romæ 1623. in 4.

Calaraugustana S. MARIE del Pilar, & Cathedralis, cum suo religiosissimo Clero, jurejurando se confinxerunt pro sententia de *Immaculata Conceptione Virginis defendenda.* Ita Christoph. de Vega Palest. 3. certam. 20. num. 434. fol. 134.

Capuana, celebrat *Conceptionem Beatae MARIE Virginis duplicem, & solemnem, &c.* ut dicitur in lib. Sanctuarium Capuanum. Impress. Neapoli 1630. in 4. fol. 565.

Castellana, in Constitutionibus & Decretis in prima Synodo, habita à D. D. Gozadino, olim Archiepiscopo Naxien. & Parien. & Castellanæ, & Horatæ Ecclesiarum Episcopo, celebrata die 18. 19. & 20. mensis Januarij, anno 1626. de Festis ex præcepto, devotione, & statuto observandis, fol. 20. ad diem 8. Decembbris: *Concepsio B. MARIE Virginis* observanda ex devotione. Lib. impress. Ronciloni 1627. in 4.

Castellanensis, in Synodo Dioecesana, habita à D. D. Bernardo Benedicto Nicosiensi Episcopo, fol. 42. de Festis, quæ præter dies Dominicos, per annum in illa Civitate, & Dioecesi inviolabiliter observari præcipiuntur, ad diem 8. Dec. *Concepsio B. Virginis MARIE.* Lib. impress. Romæ 1606. in 4.

Chaldæorum Ecclesia, in Synodo, seu Epistola Synodica Eliæ Patriarchæ Babylonis, & Archiepiscoporum eius obedientiæ, ad SS. D. D. Paulum Pap. V. cum Sermone Timothei Archiepiscopi Arneden. de recta fide, ab eisdem in Synodo recognito, & recepto, cum Epistola Fratris Thomæ Novarien. Ordinis Minorum de Observantia, cap. 5. de Secunda generatione Filij æterni, qui incarnatus, & natus est iterum cum carne; vocat *Virginem MARIAM puram, beatam, benedictam, & sanctam;* Romæ 1617. in 4. regali.

Compostellana, in plena totius Archiepiscopatus Synodo, anno 1619. vovit, ac promulgit se *Virgo MARIE Immaculatum Concepsum semper, & ubique propugnatam.* Christophorus de Vega, Palest. 3. certam. 20. fol. 134.

Compsiana, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus, celebratis die 19. Octobris 1597. per D. D. Scipionem Gesualdum Archiepiscopum, fol. 33. de Festis in Civitate observandis, ad diem 8. Decembbris: *Concepsio Beatae MARIE Virginis.* Lib. impress. Neapoli 1600. in 4.

Conchenensis, in Constitutionibus factis, & promulgatis in Synodo Dioecesana, celebrata per D. D. Henricum Pimentel Episcopum, an. 1626. tit. 5. de Ferijs, const. 1. de Festivitatibus observandis, fol. 209. die 8. Decembbris: *Concepsio Domini nostri Virginis MARIE.* Item, lib. 3. tit. 20. de Observatione iejuniorum, fol. 418. conceduntur 40. dies indulgentiarum illis, qui ieunaverint *vigiliam Conceptionis Virginis MARIE.* Lib. impress. anno 1627. in fol.

Constantinopolitana, in suo Menologio agit de *Conceptione Virginis*, ut refert Franciscus de Hautefere de Salvaizon I. C. Antecessor Pictaviensis Gallus, in lib. de Pietate Ecclesiarum Orient. fol. 2. Impress. Parisijs 1645. in 8.

Concordiensis, in Constitutionibus & Decretis Dioeces. Synodi, editis à D. D. Matthæo Sanuto, Concordia Episcopo, Duce, Marchione & Comite, promulgatis die 8. 9. & 10. Aprilis, an. 1587. par. 1. de Oblervandis à Concionatoribus in verbis Dei prædicatione, fol. 11. inquit: Altiores, & subtiliores, & præsertim Philosophicas quæstiones apud imperitorum multitudinem, nec tracent; nec de *Beatisimæ Virginis Immaculata Conceptione* in popularibus concionibus disputare ausint. Lib. impress. Venetijs 1587. in 4.

Coriensis, in Constit. Synodalibus factis & compilatis à D. Dom. Petro de Caravajal Episcopo, tit. 18. de Ferijs, constit. 1. de Festis observandis ex præcepto & voto vel devotione, fol. 73. in mensis Decemb. die 8. *Concepsio Domini nostri Virginis MARIE.* Lib. impress. Salmantica 1608. in fol.

Cortonensis, in Dioecesana Synodo, habita die 14. & 15. Decembbris 1588. à D. D. Joanne de Albertis Episcopo, fol. 31. de Festorum dierum cultu, ad diem 8. Decembbris: *Concepsio gloriofissimæ Virginis MARIE.* Impress. Florentia, anno 1589. in 4.

Cuzquensis Civitas in Regno Pertiano, eodem die 8. Decembbris, celebrat festivitatem *Immaculatae*

Conceptionis, ita singulariter, ut non permitant Canonici eandem celebrari in Conventu Fratrum Minorum.

Farfensis, & S. Salvatoris Abbatiae B. MARIE, in Constitutionibus Synodalibus, ab Illust. & Reverend. D. D. Francisco, S. Agathae S. R. E. Diacono Cardinali Barberino, editis die 9. Octobris 1628. cap. 23. fol. 60. de Festis in hac Dicēce. observandis, die 8. Decembris *Conceptio B. MARIE*, festum ex devotione. Lib. impress. 1628. in 8.

Forlensis, in Constitutionibus Synodalibus, editis à D. D. Giannoto de Montagnana Episcopo, de Festivitatibus observandis, c. 47. fol. 43. inquit: Nativitas, Annuntiatio, Assumptio, Purificatio Dominae nostræ, *Conceptio*, & Præsentatio. Lib. impress. Bononiæ 1565. in 4.

Giennensis, in Constitutionibus Synodalibus factis, & ordinatis per D. D. Balthasarem de Molcoso, & Sandoval, S. R. E. Cardinalem, celebratis anno 1624. lib. 2. tit. 11. de Ferijs, & vigilijs, cap. 1. de Festivitatibus observandis in Episcopatu, die 8. Decembris: *Conceptio Dominae nostræ Virginis MARIE*. Lib. impress. Baæza 1626. in folio.

Gallicana, seu Francie Ecclesia, non solum modò, sed ante tempora S. Bernardi celebrabat festum *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, ut refert August. Wichmannus in Dario Ecclesiastico, Velazquez, lib. 4. dissert. 2. adnot. 3.

Gnesnensis, in Constitutionibus Synodalibus, editis studio, & opera D. D. Stanislai Karnkowsk Episcopi Uladislavien. & Pameraniæ, fol. 44. de Ferijs, ex antiquis, inquit: Ut circa celebrationem festivatum sit Ecclesiarum nostræ Provinciæ concordia, statuimus, quod infra scriptis diebus, tam Clerici, quam laici debeat à servilibus operibus abstinere. Primò in festivitatibus Christi: videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, Corporis Christi, Resurrectionis, & Pentecostes, cum duobus immediate sequentibus, nec non S. Crucis Inventionis, & Exaltationis, cum omnibus diebus Dominicis. In sex festivitatibus S. MARIE Virginis, Annuntiationis, Visitationis, *Conceptionis*, Purificationis, Nativitatis, & Assumptionis, &c. Lib. impress. Cracoviæ anno 1579. in 4.

Granatensis in Constitut. Synodalibus, factis anno 1572, die 14. Octobris à D. D. Petro Guerrero Archiepiscopo, tit. 3. de Ferijs, fol. 39. die 8. Decembris: Festivitas *Conceptionis Virginis MARIE*. Lib. impress. Granata 1573. in 4.

Græca Ecclesia, prædictum festum celebrat die 9. Decembris, sub hoc tit. *Conceptionem glorioissimæ V. MARIE in utero S. Anne*, die 9. Decembris, à multis retro saeculis celebrat, tam in Missa officio, sive Liturgijs, sive Rituali, quam in Menologio, ut referunt P. Petrus de Ojeda, in sua informacione, cap. 4. Salazarius, cap. 35. §. 4. Item, in Mænæis Græcis à S. Sabba collectis, ac à Patre Simone Wagnereckio in lucem datis, in tom. 1. de Pieta Mariana Græcorum, ac in officio eiusdem *Conceptio*, ab eodem S. Sabba disposito, sive recognito in Rituali suo Hierosolymitano; qui quidem Author floruit ante mille ducentos annos. Quæ omnia videri possunt in Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatae concepta, à dissert. 4. fol. 332. usque 338. Photio, in Biblioth. cap. 11. tit. 7. Baronio, ad diem 8. Decemb. Item, in Liturgia Eucologij Græcorum sic dicitur: Qui consecuti sumus

gaudium in tuo Conceptu, ô planè *Immaculata*, tamen te, cum Angelo clamantes: Salve mater Emmanuelis Dei, & Salvatoris nostri, &c. Ita Gilbertus Genebrardus in Liturgia, Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatae concepta, dissert. 2. adnot. 2. fol. 311. numero 2. Item, Græci in divinis officijs per annum, quæ ipsi Mænæa vocant id est officia quotidiana Ecclesiastica, sive Ritualia, constantque ex duabus tomis Mænæorum dictis, & alijs septem Ecclesiæ voluminibus, quæ latinitate donavit R. P. Simon Wagnereckius, Societas JESU, Monachij, anno 1647. Centuria prima Mænæa ex quinto Januarij, numero 49. ex Sancta Sabba: Tu, quæ ab omni nœvo intacta, eum, qui cogitatum nostrum excedit, absque corruptione in utero conceperisti, &c. In eadem Centuria prima, num. 97. ex S. Josepho Confessore: Moncujus præcipitem imperium reprimere nulla potuit, ad te usque perveniens attonita fletit, &c. illa non loquitur Ecclesia Græca de morte naturali (ut bene notavit prædictus Pater) hæc enim in Virgine MARIA, non solum imperium fecit, nec attonita fletit, siquidem mortua fuit; sed intelligendum est: mortis erga Virginem impetus fit, id est, intacta permanit ab originali culpa, quæ est mortis quedam spiritualis ab Adamo in omnes alios transfusa. Et Centur. 2. ad diem 18. Januarij, num. 119. ex S. Sabba, & S. Cyrillo: Tu, ô Virgo Deipara, per progeniem tuam torius universales illustras; de te enim sola publicè confitetur quod ab æterno mundata extiteris, ut que possides Justitia Solem, &c. Adnotatio. Dum Mæna dicunt MARIA ab æterno mundatam esse, non ita intelligi debent, ac si vellent MARIA ab æterno vixisse (cum præter Deum nemo fuerit ab æterno) sed potius explicari debent, ut confitatur dicere velle, ab omni æternitate nullum usquam momentum extitisse, in quo verum fuisse dicere, Deiparam ab omni originali peccato, vel esse immundam; & notandum est hic valde subtiliter Mænæa usurpare participium mundatam de Deipara, licet enim ex usu communis significet actionem, quæ res aliqua mundatur: non tamen necessarium est ad vim hujus significationis implendam, ut id, quod mundatur, prius fuerit immundum; sed sufficit ad rigidum hujus Græci vocabuli intellectum, si mundatum ante non habitam possidere incipiat; sic enim Deipara non per se, sed per Christi Filii sui gratiam (ut potest omnium Redemptoris) primo statim creationis momento mundatam accipit, quam ex creationem non habuit, in ipsa feliciter existens, vel actu secundo (ut loquitur Scholastice) quamquam habuerit in mente, & prædestinatione divina; sed ista prædestinatione vi sua nihil ante creationem existere facit: unde, cum dicunt Mæna MARIA ab æterno mundatam extitisse, acutelè piciunt ad prædestinationem divinam, per quam ab æterno fuit decretum, ut propter Christum Filium Redemptorem suum munda crearetur MARIA, id est, munditiam originalem acciperet, quam ante creationem non habuit in existentia, sive actu secundo, quamquam habuerit ab æterno in prædestinatione divina. Hucusq; Interpres, seu Scolior Mænæorum. Et Centuria 4. ad diem 25. Martij, num. 307. ex Homilia Ecclesiæ de Annuntiatione: Ille misericors est amator hominum Deus, cui perpetua de mortalibus commissa

ra; ille (inquam) seu Genitor perculsus amore liberorum, cum opus manuum statorum à diabolo tyrannica servitute oppressum, atque ad rerum turpium desideria, & ipsam denique idolatriam abreptum videret, statuit Filium suum unigenitum mittere, qui genus humanum è diaboli matribus vindicaret. Quoniam vero decretum hoc que virtutibus ignorari voluerat; primò quidem providentia singulari perfecit, ut sacra Virgo ab ipso sua principio, tam omnino existaret pura, quam esse puram decebat illam, quae tanto bono, id est, Christo digna existaret. Deinde ex Archangelis, uni glorioso, scilicet Gabrieli, huius mysterij ad Virginem perferrendi negotium totum committit, inter cuius certe verba Virgo supra naturæ modum, ac morem immaculato utero suo Dei Verbum concepit. Et Centuria quinta, iun. 417. ad diem 13. Iulij, ex Sancto Josepho Confessore! Inquiatus ergo turpitudine cogitationum, & homo nihili factus obfrequentia in lege divinâ delictate, per quam suppliciter oro, quæ sola maculam inter omnes ignoras, ut te moveat miseratione mei, &c. Centuria 3. num. 233. ad diem 23. Februarij, ex S. Theophane: O, à sanctis cordibus incontaminata, & super omnes inculpatos incepit. Domina, &c. ubi Scolior: Quomodo autem Virgo, secundum Theophanem est . . . id est, super omnes inculpatos incepit. si peccatum originis habuit, quo caruerunt in creatione sua protoplasti? Alia quamplura extant in allegato libro.

Hierosolymitana Ecclesia, à tempore Apostolorum celebrat festivitatem *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, ut referunt Matthæus Westinus, in Chronica, ad ann. 1228. Judocus Coccius, lib. 3. art. 6. Stephanus Ragulinus, lib. 1. Petrus Ojeda, in sua Apologia, à cap. 2. Velazquez, lib. 4. dissert. 1. adnot. 1. Novaes, fol. 251.

Hispalensis, habet officia propria à S. Congregatione Illustrissimorum Cardinalium pro sacrificiis, & ceremoniis à SS. Domino Sixto V. Pontif. Max. deputatorum, ejusdem SS. Domini iussu recognita, & approbata, & demum ab eodem auctoritate Apostolicâ confirmata, curâ, operâ, & studio illust. & Reverend. D. D. Roderici Cardinalis de Castro, Archiepiscopi Hispalen. ubi in indice: *Concepcion Immaculata Virginis*, primæ classis. Lib. impress. Mariti 1630. in 4. Item, cum suo Archiepiscopo, ad ann. 1617. votum emisit de trienda Immaculata Virginis Conceptione. Christophorus de Vega in Theologia Mariana, Palest. 3. Certam. 20. fol. 134. Item, ad ann. 1542. die 10. Junii, depositus Orationem recitandam in Choro ad Tertiam & Vespri. sicut Sanctissima Trinitati, & individuæ unitati, & Domini nostri Jesu Christi humanitat, & augustissimæ Eucharistie majestati, & Beatisissime Virginis MARIE, sine peccato originali concepta, fecundati, sit semper gloria per infinita saeculorum secula. Amen, &c. Extat impressa feofim, & de ipsa mentionem facit Joannes Tamajus de Salazar, fol. 306. Edidit item speciale Decretum, ut si festum *Immaculatae Conceptionis* venerit in Dominica secunda Adventus, reciteretur de Conceptione, & incipit: En Sevilla, à 4. dias del mes de Noviembre de 1619. años, &c. & extat impress. in 4. in Opusculo Sebastiani Vincentij de Villegas. Item, in Constitutionibus habitis in Synodo celebrata anno 1604. ordinatis, ac factis

per Illustr. ac Reverendissimum D. Ferdinandum Niño de Guevara, Archiepiscopum, ac S. R. E. Cardinalem, titulo de Feris, & observatione ieiuniorum, cap. 1. de Festivitatibus observatis, fol. 38. ad diem 8. Decembris: *Concepcion Domina nostra Virginis MARIE*. Lib. impress. Hispal. 1609: in fol. Item, editit Mémoriale, seu rescriptum celebre ad Regem Hispaniarum Philippum III. & incipit Aviendose iuplicado à V. Magestad de parte, &c. Extat impress. in folio, & habet folia 12. totumq; est pro *Immaculata Virginis MARIE Conceptione*. Denique modò celebrat festivitatem *Immaculatae Conceptionis* eisdem sumptibus, apparatu, ac magnificencia, quo festum ipsius Corporis Christi; habet que ex statuto, ut nullus Concionator ascendat ambonem, quin prius ante Sermonis initium dicat alta vox: Alabado sea el Santissimo Sacramento, & la *Immaculada Conception de la Virgen nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado original*.

Hispanæ Ecclesia, à S. Jacobi prædicatione, ex Apostolica traditione celebravit, & celebrat festum *Immaculatae*, & illibæ *Conceptionis Dei Genitricis MARIE*, ut refert Flavius Dexter, in sua omnimoda historia, ad annum 308. num. 6. Marcus Maximus, Archiepiscopus Cesaraugustanus, in Hymno; Luitprandus, in Chronica ad annum 676. vel 677. & Julianus Toletanus in Chronicon, num 697. & in Adversariis, num. 395. Velazquez, de *MARIA Immaculatae concepta*, lib. 4. dissert. 1. adnot. 1.

Hydruntina, in Synodalibus sub Cajetano Cossæ Archiepiscopo, anno 1641. fol. 85. de Festis diebus, qui de præcepto observari debent, die 8. Decembris: *Concepcion B. MARIE Virginis*. Impress. Leçij 1642. in 4.

Jacobitarum Ecclesia, celebrat festum *Conceptionis Virginis MARIE*, ut refert Franciscus de Hautesere de Salvaizon I. C. Antecessor Piætavensis Gallus, in lib. de Pietate Ecclesie Orientalis, in honorem *Conceptionis*, folio 5. Hic citatur sub nomine Anonymi. Impress. Parisijs 1645. in 8.

Juvenacensis, in Diœcœsanâ Synodo, & Constitutionibus factis à D. D. Carolo Maranta, Episcopo & Comite Palatino, anno Domini 1639. fol. 21. in indice dierum festorum, ad diem 8 Decembris: *Concepcion B. Virginis MARIE*. Lib. impress. Neapoli 1639. in 4.

Limensis, fecit votum sub hac forma: Que tendré, y defenderé, que la siempre Virgen MARIA, en el primer instante de su ser, fue concebida sin pecado original, &c. Impress. in charta expansa, in civitate Regum, seu Lime 1654.

Lubrensis, in Synodo celebrata à D. D. Mauricio Centino, eiusdem Ecclesie & Massensis Episcopo, decret. 4. fol. 5. de Festivitatibus ex præcepto prædictæ Synodi observandis, inquit: Hominum interrim paupertati consulentes, festum Beatissima V. quod die 16. Augusti celebratur, in festum *Conceptionis B. Virginis*, die 8. Decembris, festumq; eiusdem, quod in die 17. eiusdem mensis Augsti, ex antiqua consuetudine colitur, in Dominicam infra octavam referimus. Lib. impress. Neapoli, anno 1627. in 4.

Lunensis, seu Sarzanen. in prima Synodo celebrata die 4. Maii, 1642. & publicata die 6. à R. D. Prospero Spinula Episcopo & Comite, parte 2. fol. 70. de Feris, in quibus ius non redditur, die 8. Decemb. *Concepcion Beatae MARIE Virginis*. Lib. impress. Massæ 1642. in 4.

Maceratenis, in Synodo Dicecesana, habita an. 1651. cap. 1. tit. 4. de Prædicatione verbi Dei, fol. 66. ait: In publicis concionibus, licet asseri possit, probari que Beatisima Virgo Immaculata in primo sua sanctissime Conceptionis instanti; contraria tamen sententia, sicut in concionibus, ita & in aliis actibus publicis asscribi nequit, juxta Constitutionem Gregorii XV. verum ex damnari, aut erroris, aut hereticis, non potest sub penitentiā ibi contentis. Facta est hæc Constitutio præsidente Papadio de Silvestris, Episcopo Maceratæ. Lib. impress. ibidem 1651. in 4.

Majoricensis, festum *Immaculatae Conceptionis* celebrat cum octava, cui etiam major Ecclesia est dictata, & quotidie finitis Vesperis fit Commemoratio Conceptionis eum Antiphona, & Oratione illa: Deus, qui per *Immaculatam*, &c. Vide Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 4. adnot. 3. folio 340.

Malacitana, celebrat & præcipit celebrari festum *Immaculatae Conceptionis*, in suis Constitutionibus Synodalibus. Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatæ concepta, dissertatione, adnot. & folio ut supra.

Maronitarum Ecclesia, celebrat festum *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, ut refert Franciscus de Hauteferre de Salvaizon Cadurcensis I. C. Gallus, in libro de Pietate Ecclesiæ Orient. in honorem Conceptionis. Impress. Parisijs 1645. in 8. Massanensis, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus, per D. Vincentium Cassali Bononiensem Episcopum Massæ, & Populonij habitus, mense Aprilis 1586. in titulo de Festis diebus, qui tam de præcepto, quam de approbata consuetudine servari debent in Civitate Massanen. fol. 235, die 8. Decembris: *Concepcionis B. MARIE Virginis*. Impress. Bononiæ 1586. in 4.

Mechliniensis, in Decretis & Statutis Synodi Provincialis, die 11. Junij 1570. sub Reverendissimo D. Martino Rythovio, Episcopo Irenensi, fol. 29. de Festis, cap. 2. ad diem 8. Decembris: *Festum Conceptionis B. MARIE*. Lib. impress. Antuerpij 1634. Mediolanensis, singulari ritu, & officio, celebrat festum *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, & habet ad Laudes & Vesperas Hymnum specialem; ut videtur est in Rituali Sacramentorum, restituto à Saneto Carolo Borromeo, fol. 200. Lib. impr. Mediolani 1613. in 4. Item, præcipit ut habetur in actis à D. Carolo Cardinali S. Praxedis, Archiepiscopo conditius, & Frederici Cardinalis Borromæi, Archiepiscopi Mediolanensis, iussu undique diligentius collectis, & editis, to. 1. parte 4. fol. 483. §. Unde sumenda materia *sacri Conceptus* ) ne quis de Beatiss. Virginis *Immaculatae Conceptione*, disputare audeat, contra præscriptum sancti Pontificiæ Pij V. Item, tom. 2. par. 6. in Tabula dierum festorum & vigiliarum, ad diem 8. Decembris: *Concepcionis B. Virginis MARIE* in Urbe Mediolan. folio 982. Item infra, de diversis Constitutionibus Pontificijs, folio 990. inquit: Quicumque de *Conceptione B. MARIE Virginis*, contra præscriptum Constitutionis Sixti IV. Pontificis. & Decreti Tridentini affirmaverit, Censuram incurrit. Lib. impress. Mediolani 1599. in fol.

S. Miniatis Ecclesia, in Constitutionibus Synodalibus à D. Alexandre de Strozis Episcopo, Kalend. Septemb. editis 1638. fol. 33. inquit: Sexto Idus Decembris, *Concepcionis B. MARIE Virginis* absque

macula originalis peccati; & colitur ex universali consuetudine in nostra Dioecesi. Impress. Florenti 1638. in 4.

Moguntina, in Concilio & Constitutionibus Provincialibus, editis sub Reverendissimo D. Sebastiano Archiepiscopo, S.R. Ecclesie Electio die 6. Maij 1549. fol. 69. de Angelica Salutatione, inquit: Juxta receptam Ecclesia confuentem Orationi Dominiæ succedit Salutatio, quæ Deus per Angelum suum salutare dignatus est MARIAM Virginem, cum populi sui afflictione miserratus eam ipsam Virginem selectam ex milieribus, purissimam & aptillimam officinam condicrare destinaret, in qua Dei Filius ipsius carmen pro nobis redimendis impendendam, assunxit. Moguntiæ 1549. in folio.

Narbonensis in Gallia, celebrabat festivitatem *Immaculatae Conceptionis Virg. MARIE* ante tempore S. Bernardi, ut refert Augustinus Wichmann in Diario Ecclesiastico, Velazquez lib. 4. dissent. adnot. 3. fol. 321.

Nitriciensis, in Statutis Synodalibus, editis anno 1494. à D. D. Paulo Abstremio Quinquecelio Episcopo, fol. 35. cap. 36. de Festivitatibus solennibus, ad diem 8. Decembris: *Concepcionis B. MARIE*. Impress. Viennæ 1560. in 4.

Oxomensis, in Synodo Dicecesana, celebrat D. F. Henrico Henriquez Episcopo die 9. Iulij 1607. decret. 16. de Festivitatibus observandis, fol. 61. ad diem 8. Decembris: *Concepcionis Dominae Virginis MARIE*. Lib. impress. Matrii, anno 1609. in 4.

Pampilonensis, in Constitutionibus Synodalibus ordinatis, factis, & compilatis per D. D. Benedictum Rojas, & Sandoval Episcopum, in mense Augusto, folio 90. lib. 2. cap. 1. de Ferijs, quæ præcepto observari debent in prædicta Ecclesiæ ad diem 8. Decembris: *Concepcionis Dominae Virginis MARIE*. Lib. impress. Pamplona, anno 1591. in folio.

Parmensis, in Constitutionibus Synodi Directi editis à D. D. Alexandro Sforzia Episcopo, cap. 45. de Ferijs in foro Episcopi servandis, fol. 42. ad diem 8. Decembris: *Concepcionis B. MARIE Virginis*. Lib. impress. Parmae 1564. in 4.

Perusina, in Decressis & monitis Synodalibus, jussu D. Napoleonis Comitoli editis, cap. 8. fol. 19. ad diem 8. Decembris: *Festum Conceptionis B. MARIE Virginis*. Impress. in Civitate Perusina anno 1600. in 4.

Peinkoviensis, in Synodo Provinciali, & confessione Catholica fidei facta anno 1551. 4. mense Maij, in explicatione Salutationis Angelicae, cap. 59. fol. 298. inquit: Jam & niveum illud Gestoris vellus, quod in areæ ficcæ medio maduimus; iugis aliud prefigurabat simulacrum, nisi Maria sanctissima, quæ procul quidem à carnis conformato, verum cœlesti rore ter compluta, Trinitati opificio Deum pura concepit, pura enixa est post editum partum permanuit & c. Item infra, fol. 302. Hac igitur ratione, plena gratia dicimus, quod sola est MARIA, de qua propter honestam Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habet questionem, non modò Augustinus, verum etiam universa voluit Ecclesia: quod vel inde scire posse ad vincendum ex omni parte peccatum plus gratiarum collatum esse, quia concipere, & patre meruit, quem constat nullum habuisse peccatum.

&c. Plenior itaque gratiā fuit MARIA, quam omnes alijcūm sola sit, quam omni peccato fuisse vacuum persuasum habemus, &c. Lib. impress. Parisijs 1560. in 8. Latiū, atque clariū extant verb. Stanislaus Hohius, ex impressione facta Antwerpia 1561. etiam in 8.

Placentina in Italia, in Synodo Dicæefana, habita  
ta à D. D. Philippo Sega Episcopo & Comite,  
5. Nonas Maii 1589. de Ferijs generalibus post-  
hac in foro Episcopali obseruandis, fol. 355. die  
8. Decembris: Concepio B. Virginis MARIÆ. Impress.  
Placentia 1589. in 4.

Romanæ Ecclesiæ Catholicae, in Urbe à multis re-  
trò seculis celebrat festum *Immaculæ Conceptionis*  
*Virginis MARIE*; ut videre est in Martyrologijs,  
Missalibus, ac Breviarioribz, ad diem 8. Decembr.  
tam antiquis, quām novissimè recognitis à Pio V.  
Clem. VIII. & Urbano VIII. de quo videndi sunt  
omnes Doctores, qui de hoc scripserunt mysterio,  
principiū nostrum Armament. Seraph. Salazar,  
Calderon, Granados, Velazquez, & alij quāmplu-  
res. Item, inter festa Paltij Apostolici, & Capito-  
linia, in Decemb. enumeratur festum *Conceptionis*  
*B. MARIE Virginis*. Et ibidem: Festa, in quibus non  
redditur ius in Capitolio Romano, die 8. Decemb.  
*Concep. B. MARIE Virginis*, ex libro impress. Ro-  
me, apud Balthasarem de Cartularijs Perusinum  
1541. in 8.

Salernitanis, in Constitutionibus Synodalibus,  
celebratis Nonis Maij 1579. per D.D. Antonium  
Marzilium Columnam Archiepiscopum, fol. 363. de  
Festis observarii solitis in Palatio Archiepiscopali  
Salernitano, ad diem 8. Decembris: *Concepio B.  
Virginis MARIE*. Llib. extat impressi. Neapoli, ann.  
1580. in 4.

*Salpensis, circa Conceptionem Virginis Dei Matris MARIE, eadem habet quæ Tranensis. Vide ibi.*

Salmanticensis, in Constitutionibus Synodali-  
bus compilatis, factis, & ordinatis, per D. D. Lu-  
dovicum Fernandez de Cordova Episcopum, an.  
1604.lib.3. de Ferijs, constit. 1. de Diebus festi-  
vibus obseruandis in Episcopatu, in mense Decemb. 8.  
Concepio Domine nostræ Virginis MARIAE. Lib. impress.  
Salmantica 1606. in fol. Item, in Constitutionibus  
Synodalibus, factis anno 1570. per D. D. Petrum  
Gonzalez de Mendoza Episcopum, confit. 61.  
de Festivitatibus obseruandis in mense Decemb.  
Concepio Domine nostræ Virginis MARIAE. Lib. impr.  
Salmantica 1572. in fol.

Salustianarum Ecclesia, in Statutis Synodalibus,  
editis a D. D. Antonio Pichot Episcopo, cap. 34  
de Sanctificatione dierum festorum, folio 116.  
inquit: *Festum Conceptionis gloriose Virginis MARIE,*  
quod observari volumus, tum quia Ecclesia nostra  
sub eius nominis memoria est dedicata; tum quod  
SS. PP. in conclusione S. Concilij Tridentini, so-  
lemnem hunc diem habuerunt. Lib. impress. Car-  
magniol. 1585. in 4.

S. Severini Ecclesia, in Concilio Provinciali, celebrato à Francisco Antonio Archiepiscopo, & à Sacra Congregatione Concilij approbato, die 15. Iulii 1597. & subscripto ab Hieronymo Cardinali Mathæo, folio 19. inquit de Prædicatorum, seu Concionatorum officio: De *Conceptione B. & glorio-  
se semper Virginis MARIAE*, in popularibus concio-  
nibus propriam sententiam afferendo, & contra-  
iam repellendo aut impugnando, disputare non  
refutant; sed Bullam sanctæ recordationis Pij

Papa V. desuper editam inviolabiliter observent.  
Item infra in Kalendario festorum, ad diem 8.  
Decemb. *Concep<sup>tio</sup> B. MARIAE Virginis.* Lib. impr.  
Romae 1597. in 4.

Sarzanensis, circa festivitatem *Conceptionis B Virginis MARIE*, observat Constitutionem Synodalem Ecclesiæ Lunensis. Vide ibi.

Segoviensis, à S. Jerothæo fundata, ab Apostolo-  
rum temporibus *Immaculatae Conceptionis* festum ce-  
lebrat; ut constat ex inscriptione per circuitum  
Sacelli *Immaculatae Conceptionis* posita, quæ talis  
est: A tempore Jerothæi B. Pauli Discipuli, & hu-  
ius Civitatis primi Præfusilis, illibatam *Conceptionem*  
*sanc&issime Virginis Deiparae MARIAE*, toto cordis &  
mentis affectu hæc Ecclesia & tuctur & celebrat,  
& tandem voto & iuramento firmavit 8. die De-  
cemb. 1621. Ita Joannes Antonius Velazquez,  
lib. 4. de *MARIA Immaculatae concepta*, dissert.  
4. adnot. 3. fol. 339.

Senogalicus, in Constitutionibus & Decretis  
Synodalibus, habitis à Reverendissimo D. D. Fr.  
Antonio Barberino S. R. Ecclesie Cardinali, fol.  
172. pro instructione Prædicatorum, inquit: Abſ-  
tineant à questionibus ſubtilioribus & inutilibus,  
ac ſigillatim à diputatione de B. Virginis Conceptione,  
refellendo alteram partem, ſub poena Suspensionis  
à Divinis, ipſo factō incurrenda, juxta Bullam Pij  
Papæ V. &c. Romæ 1527. in 4.

Sorana, in Constitutionibus editis in Diocesana  
Synodo à D. D. Hieronymo Joannello Episcopo,  
tit. 16. de Festorum obseruatione, fol. 41. ad diem  
8. Decembris: *Concepcionis B. Virginis*, in Civitate tan-  
tum, Romæ 1644. in 4.

Syria Ecclesia, habuit consuetudinem celebrandi festivitatem *Immaculæ Conceptionis Virginis MARIAE* à temporibus Apostolorum, ut multi probant. Petrus de Òjeda, in sua Apolog. à cap. 2. &c. Matthæus Westmusr, in Chronic. ad ann. 1228. Judocus Coecius, lib. 3. art. 6. Stephanus Ragusimus, lib. 1. Joannes Antonius Velazquez, libro 4 de Conceptione, dislert. 1. adnot. 1. & dislert. 4. adnot. 3. Joannes Euseb. de Perpet. object. Concept. folio 5. Novae fol. 261.

Tarentina, in Constitutionibus Diœcesanæ Syndicis, editis à Reverendissimo Domino Dom. Bonifacio Caietano, Cardinali & Archiepiscopo, cap. 10. folio 27. ad diem 8. Decembris: *Concepcionem Beatae Virginis MARIE*, intra Civitatem. Impressa Roma anno 1615. in 4.

Tarragonensis cum suo Archiepiscopo ac Cle-  
ro, ad annum 1618. jurejurando se obstrinxi de  
*Immaculata Virginis Conceptionis* propugnando pro  
viribus mysterio. Christophorus de Vega, Palest.  
3. certam. 20. num. 434. folio. 134.

Toletana Ecclesia, in Constitutionibus Synodalibus, editis à Domino D. Ferdinand de Austria S.R.E. Cardinali, præsidente verò D. Alvaro de Villegas, Canonico Magistrali, fol. 25. de Ferijs, & festivitatibus observandis à fidelibus, constit. i. ad diem 8. Decemb. *Concepio Domina nostra Virginis MARIAE.* Lib. impress. Matriti 1.622. in fol. Item, in Constitutionibus Synodalibus factis, compilatis, & ordinatis per Dominum Dom. Bernardum de Rojas & Sandoval, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem & Archiepiscopum, tit. de Ferijs, folio 27. const. i. ad diem 8. Decembris: *Concepio Domine nostra Virginis MARIAE.* Impress. Toleti 1601. in fol. Item, in Constitutionibus Synodalibus, editis à D.

THIS IS A D  
Don

Dom. Gomezio Tello, Administratore generali, auctoritate Apostolica, die 29. Junii 1566. fol. 34, cap. 3. de Celebration festorum, inquit: Et præcipimus, quod festum *Conceptionis Domine nostre* obseretur in toto Archiepiscopatu. Lib. impress. Toleti 1568. in folio. Item, in Missali Muzarabe, cum proprio officio celebrat *Conceptionis festum*; de quo latè agimus suo loco. Item, celebri pompa, & comitante omni populo civitatis in Monasterio Sanctimonialium Immaculatae *Conceptionis* Missa celebratà, atque habita Concione, Iolemnissimas reddit gratias Deo, pro miraculosa inventione Bullarum Apostolicarum, quibus sacram Religionem *Immaculatae Conceptionis*, erectam ac fundamat à D.D. Beatrice de Sylva Toleti, Innocentius VIII. Pontif. Maxim. confirmat. Vide Petrum de Salazar, in Chronic. Provinc. Castellæ, lib. 8. cap. 2. fol. 473. Christophorus de Vega, Palest. 3. Certam. 16. fol. 121. Porrenum, & Palao, fol. 10.

Trannensis, & Salpensis Ecclesiæ, in Constitutionibus Synodalibus Provincialibus, habitis ann. Domini 1589. cap. 4. fol. 71. inquiunt, loquendo de mysterio *Conceptionis Virginis MARIE*: Et in popularibus concionibus gloriose Dei Genitricis, disputare non audeant sub pœnis in Bulla felicis recordationis Pij V. contentis, quæ incipit: Super speculam. Romæ 1591. in 4.

Trullana, in Synodo, Canone 79. vocat Virginem MARIAM sine ulla labe param. Vide Joannem Eusebium, in lib. Excep. cap. 8. fol. 87.

Valentina, processione publica ac solemní celebrare tenetur festum *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, die Sabbati post festum, si impeditus non fuerit, alias die Veneris ante dictum diem Sabbati, ex præscripto & institutione D. D. Roderici de Borgia, Domini loci de Castelnau. Vide Armament. in Regest. col. 664. & 670. in Appendix, ubi omnia latè reperies ad litteram. Item, in Synodo Valentina, celebrata per D. D. Joannem de Rivera, Patriarcham Antiochenum & Archiepiscopum, contra prædicantes, & scribentes de alterutra parte controversia *Conceptionis Beatissime Virginis MARIE*, Decretum, fol. 83. Impress. Valentia 1594. in 8. parvo.

Vallisfoletana, in Constitutionibus Synodalibus, factis per D.D. Joannem Baptisam de Azevedo, Patriarcham Indiarum, & Episcopum, lib. 1. de summa Trinitate, & Fide Catholica, folio 14. Quod inter puras creaturas Domina nostra Virgo MARIA est prima in sanctitate, honore, & meritis, quia magis plena gratia, &c. Et infra, lib. 2. tit. 4. de Feris, constitut. 1. de Festivitatibus observandis in Episcopatu, sub præcepto peccati mortalis, folio 73. die 8. Decembri: *Concepcionis Domine nostre ex præcepto*. Lib. impress. Vallisoleti, anno 1603. in folio.

Venefrensis, in Dicecesana Synodo, habita die 21. Septembris 1634. per D.D. Fr. Vincentium Martinellum Romanum, Ordinis Prædicatorum, Episcopum, folio 11. dè Dierum festorum observatione, in mense Decembri: *Concepcionis Beatissime Virginis MARIE*. Romæ 1635. in 4.

Venufrena, in Synodo Dicecesana, habita anno 1614. à D.D. Andrea Perbenedicto Episcopo, fol. 72. de Formula denuntiandi à Parochis festos dies, die 8. Decemb. *Concepcionis Beatae MARIE Virginis*, ex devotione intus. Item, in Hebdomada sancta,

ad diem 8. Decemb. *Concepcionis Beatae MARIE Virginis*, intus, & extra, ex devotione. Item, de Fettis observandis in Caffali Malchetti ex voto, aut devotione, ad diem 8. Decembri: *Concepcionis Beatae MARIE Virginis*, ex devotione. Neapoli 1620. in 4.

Volaterrana, in Constitutionibus Synodalibus conditis à D. D. Guidone Servido Episcopo, die 8.9. & 10. mensis Maij, anni 1590. cap. 2. fol. 6. in Tabula dierum festorum, ad diem 8. Decemb. *Concepcionis Beatae MARIE Virginis*. Item, de Feris, rubri. 40. cap. 1. fol. 122. ad diem 8. Decemb. *Concepcionis Beatae MARIE Virginis*. Lib. impress. Florentia, anno 1578. in 4. Et plures aliae, quas confundit relinquimus, ne actum agamus. Vide verb. Breviaria, & Missalia, Kalendaria, &c.

ECKEBERTUS Florinus, Abbas Ordinis Benedicti Germanus, seu Theutonicus, in Deputatione ad Virginem, commendat illud Elogium Virginis: *Aurora solis prævia, & dies noctis nœta*. Vide Euseb. fol. 438. cap. 26. exemptionum Concilii Tridentini.

EDMUNDUS Auger, Socioratus Jesu, scriptor librum, cui titulus est: *Exercicio espiritual de alma, &c.* con el Rosario de nuestra Señora, i quo folio 186. sub titulo: *De los setenta y siete nombres de nuestra Señora*, sic inquit:

*Ave sancta y muy pura,  
Ave digna sin pecado,  
Ave viva creatura, &c.  
Ave una sin manzilla.*

Item, in Corona Beatae Virginis, folio 126. L. primera excellencia de vuestra preciosissima Corona Imperial, Reyna y Madre de Dios, et descendientes de linage real, y sucessores concordia peccato original, &c. Lib. impress. Bruxellis, anno 1595. in 16.

EDWARDUS Westonius, Doctor Londonensis, & Canonicus Brugensis Anglus, in libro Theatrum vitæ civilis & sacræ, five: De mortibus Republicæ Christianæ, lib. 5. cap. 6. folio 478 multa dicit pro immunitate Virginis MARIE. E 5.2. sic incipit: Quod ergo Beatissima Virgo divinitus instituta contra peccatum, ut esset singularis antidotum; idcirco ab ejus omni contagione alienum; sic enim victoram extulit in serpente, sic in illum depugnavit, ut ratione peccati nuncquam fuit ab illo debellata, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Brugis Flandrorum 1626. in folio.

Item, in libro dicto: De sex coruscationibus Christi Domini nostri, multa dicit pro immunitate Virginis MARIE à peccato; præcipue enuntiatione 3. fol. 49. dicens: Adamus peculiari resedit à Deo benedictus, propterea quod accepte à Deo justitiam originalem, ab illo, uti ab humani generis capite, derivandam in posteros, si modi Deilegi (uti debuit) ipse paruisse. His omnibus nulla B. Virgo à Deo benedicta. Benedicta imprimis personaliter, benedicta deinde eminenter, & postrem benedicta generaliter, &c. Lib. impress. Antwerpia 1641. in folio. Vide alia supra Magnificat.

ELÉONORA de Luna, Monialis S. Clara Hispana, scripsit Carmina circa *Conceptionem gloriosæ Virginis Matris*. Impress. cum aliis apud Sanct. Zebrata, in lib. de Concep. fol. 173.

ELÆUTHERIUS Albergonus, Ord. Minorum Mediolanensis, in lib. Sentent. *Virum Beatam Virginem in peccato originali fuerit concepta?* questionem, seu potius resolutionem, vel conclusionem, tunc

do præservationem & incontaminationem ejusdem, &c. Patavii, anno 1593. in 4.

Item, in Adventuali recitato in S. Petro apud Urbem, folio 134. & 176. indicat Virginem MARIAM absque conceptione ab originali peccato, ex comparatione cum Ecclesia ex carne Christi ab omni peccato munda, &c. Impress. Neapol. 1631. in 4.

Item, de præservatione Virginis MARIAE à peccato originali Sermonem unum, in Sabbato Cinerum laetissimum, fol. 58. usque 71. in libro de conexione Evangeliorum Quadragesimalium, atque Psalmorum. Impress. Romae 1631. in 4.

ELIAS Bassus, Ordinis Minorum, in Floribus Theologiae, verb. Peccatum, num. 6. Quod illud nullatenus contraxit MARIA. Vide apud Cursum Salmanticensem, fol. 216.

ELIAS Cretensis Metropolitanus, natione Græcus, in Commentario in Orat. quartam S. Gregorii Nazianzeni, fol. 471, inquit: Neque enim virtutis nomen obtinere potest, quod per vim efficitur. Ad hunc igitur modum hoc dictum intelligendum est, ut ne nullā pœnā vindicandum esse peccatum videatur, quod sicilicet Deus vita statum peccati experient supra humanam naturam collocari. Quin fortasse hoc quispiam dixerit, quod non hoc ipsum, ut quis actuale peccatum fugiat, supra humanæ naturæ conditionem à Deo collocatum fuisset, vir Sanctus asseruit (multi quippe hoc Dei ope atque auxilio septi præstiterunt), at supra hos omnes Dei Genitrix, que ne sordidis quidem cogitationibus inquam inquinata est) verū natura ita comparatum hominem esse, ut peccatum excipere nequeat. Id enim filius Dei proprium est. Homines autem hoc quidem (ut diximus) vi naturæ habent, ut peccatum suscipiant, &c.

ELIAS de Lestrangis Episcopus, cùm in Universitate Tolosana prædicare decrevisset contra Immaculatam Conceptionem, priuquam ascenderet ambonem, rationes & puncta subirdi de sua memoria evanuerunt, qua militabant contra Conceptionem, solum oppositis & cōtrariis in promptu permanentibus; coactus ad confusione evitandam oppositum sui prioris propositi prædicare. Sic in historia Lombar. Euseb. Nieremb. lib. Excep. folio 368.

ELIAS à S. Theresia Antuerpiensis, Ordinis Carmelitarum, in libro: Legatio Ecclesiæ Triumphantis ad Militantem pro liberandis Animabus Purgatori, &c. tom. 2. in indice concionario, ad diem 8. Decembris adducit 9. conciones, proportiones, seu loca sacra Scripturae pro festivitate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIAE. Vide librum impress. Antuerpiæ 1637. in folio.

ELIGIUS Noviomensis, Episcopus ac Sanctus, in Hornu de Purificatione inquit: Negraqum immunda iudicatur, que Sancto Spiritu obumbrante, totius munditiae & sanctitatis Auctorem genuisse probatur.

ELISABETHA Catholica, ac Illustris Hispaniarum Regina & uxor Ferdinandi, votum emisit solemne, si Granatam Civitatem è Maurorum manibus eriperet, & in suam ditionem recipere, se Templo in prædicta Urbe, sub titulo parvissimæ Conceptionis Deiparae Virginis MARIAE ereturam, & quod uox fideliter complevit. Vide Joan. Antoniu Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 19. adnot. 1. folio 375. Ojeda in sua Informatione, cap. 8. Item, concessit privi-

legium Monasterio Granatensi Dominae nostræ S. MARIA de Conceptione, Ordinis S. Hieronymi; de quo in Regest. nostri Armament. colum. 305. & Auctor. ibi citat. Item, cum Catholicæ Rege fundavit Confraternitatem ac Hospitale sub titulo ac nomine S. Conceptionis Domine noſtræ ac Matri Dei; ut refertur in privilegio Caroli V. Imperatoris. Vide Regest. Armament. col. 306. & Velazq. fol. 376. Item, impetravit ab Innocentio VIII. Pontif. Max. confirmatione Religionis Monialium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIAE. Ita Petrus Salazar, lib. 8. de Provinc. Castellæ, folio 473. Item, concessit Monialibus Toletanis Immaculatæ Conceptionis, pro sua habitatione Conventum Fratrum Minorum. Salazar ubi supra, fol. 478.

E LISABETH Poloniae Regina, pro diffinitione mysterij Immaculatæ Conceptionis Deiparae Virginis MARIAE Epistolam unam. Ita Hippolytus Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 359.

E LISABETH Hungariae Regina, Sancta tertij Ordinis S. P. N. Francisci, habuit revelationem specialem de Immaculata Virginis MARIA Conceptione, ut referunt Pelbartus, lib. 4. Stellarij, par. 1. art. 3. Daza lib. de Conceptione, cap. 6. fol. 44. Nos in Armament. col. 591. & novissime Marrac. in Heroïd. Marian. fol. 157. & in Bibliotheca, tom. 1. fol. 359.

E LIS E US Vassallus de Colvello, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro dicto Italice: Candido Liglio, Symbolo di Virginità, in Dedicatoria ad Virginem MARIAM, vocat ipsam Immaculatam, gratiam plenam, absque culpa & macula. Et à folio 191. usque 207. etiam vocat eam plenam gratiam, absque peccato, totam puram, & liberam à culpa, & alia plura præservationem Virginis à peccato originali indicantia. Neapol. 1647. in 12.

Item, in libro: Il Christiano invitato al Paradiso, par. 3. fol. 427. de primo gaudio Virginis MARIAE; Quod anima eius sanctissima fuerit concepta absque macula peccati originali. Impress. Neapol. 1643. in 8.

E LVIR A de Mallea, femina Hispana, in quadam Cantione, atque Imagine à se depicta, declaravit mysterium Immaculatæ Conceptionis V. MARIAE; ut videre est in lib. impress. Neapol. à Ferdinandio de Zarate 1634. in 4.

E LZEARIUS Dombariensis, tertii Ordini de Pœnitentia S. Francisci P. N. Gallus, in libro: Ceremoniale Ecclesiasticum juxta ritum Ecclesie Romanæ, ad usum Congregationis Gallicanæ Fratrum tertii Ordinis S. P. Francisci de Pœnitentia nuncupati, stricte Observantie, ex Decreto Capituli Generalis ejusdem Congregationis editum, in Appendice pro officio Immaculatæ Conceptionis P. MARIAE Virginis in Sabbato ex privilegio recitando, rubricam. Item, folio 538. adducit Antiphonam in Choro post Completorium vel Vesperras decantari solitam: Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te, &c. Parisiis 1639. in 8.

E MMANUELA Pardo de Monzon, femina Hispana, in Cantione de Virgine Dei Matre MARIA, inquit:

*Aquel gran cortesano  
Que à la Reina no marchada  
Defendio, &c.*

Exstat cum aliis Cantionibus impr. Matri, fol. 84. E MMANUEL de los Angeles, vel dos Anjos, Ordin. Minorum Hispanus, composuit & edidit librum sub hoc titulo: Triumpho de la Santissi-

ma Virgen MARIA nostra Señora, concebida sin peccado original de totus et liber de Immaculata Concepcion. Impress. Ulyssiponæ 1638. in 4.

**E M M A N U E L** de Brito Alano, Hispanus, in libro: *Prodigiosas Historias y miraculosos sucesos acontecidos na caxa de nosa Señora de Nazaret, del Reyno de Portugal, &c.* tomo 1. fol. 14. adducit instrumentum, sive donationem D. Fuas Renipinhei, factam & expeditam in ipso die *Conceptionis Virginis MARIAE*, ut ex ipso constat. Vide verb. Fuas. Et in principio part. 2. adducit aliqua de summa gratia & sanctitate Virginis MARIAE supra omnes creaturas, quæ facili negotio ad ejus imminutatem declarandam adducere potes. Lib. impress. Ulyssiponæ 1637. in 4.

**E M M A N U E L** Campo Lientzatius Hispanus, in libro, cuius titulus Lusitanus est: *Relaçao do solemne recebimento, que se fece em Lisboa as Santas Reliquias, que se levaraom à Igreja de S. Rôque da Companhia de Jesu, à os 25. de Lenaro de 1588. &c.* folio 78. agit de quadam triumpho *Immaculatae Conceptionis sacratissime Virginis MARIAE*, ejusdemque honorifica inscriptione. Lib. impress. Ulyssiponæ 1588. in 8.

**E M M A N U E L** de la Cerdá, Ordinis S. Augustini Hispanus, in *Quæstionibus Quodlibeticis*, pro laurea Coimbricensi, quest. 7. Scholastica, par. 3. art. 1. num. 6. folio 375. inquit: Nam duo possunt spectari in B. Virginie; excellenta nimirum sanctitatis, aut dignitas officij & conjunctionis cum Christo sanctitatem spectemus, utique quæ ceteris Sanctis data est per partes, *concepit est MARIAE complitudine*; ita ut jam, ex communis Scholasticorum assensu pie consentientium, gratia B. Virginis superabundet omnibus gratiis Angelorum omnium, atque hominum etiam simul sumptis, &c. Ex quibus verbis demonstrat suam inclinari mentem ad imminutatem Virginis, quia haec verba communiter a Scriptoribus adducuntur ad idem, de quibus ego alias, verb. Hieronymus. Impress. Coimbrica 1619. in folio.

Item, in *Commentarij. in Orat. Hieremij Prophetæ*, versic. 19. folio 152. dicit: *Quod MARIA Virgo fuit thronus, & spectabilis sedes ex ebore puritatis.* Lib. impress. Coimbr. 1625. in 4.

**E M M A N U E L** Chacon, Societ. Jesu Hispanus, in *Collegio Complutensi defendit Virginem Deiparam*, non solum *imminem fuisse ab originali peccato in primis & amittendis instanti sed neque illius habuisse contrahendi debitum*, de quo publica extant Theses. Impress. Compluti 1657. in charta expansa.

**E M M A N U E L** Cumarus, Imperator Græcus, edidit *Constitutiones sequentes*: De diebus feriatis, videlicet ad diem 8. Septembris: Ad primum quidem tractandum est de his, qui sunt ab omni actione *immines*: quia est ergo 8. Septem. dies Natalis *Immaculatae Domine, & Duci Matri*, erit festus. Item, ad diem 9. Decembris: Nono Decembris, utpote quid in eo peragitur *Concepit casuissima Materis Dei nostri*. Extant prædictæ *Constitutiones*, seu Canones, in libro *Canonum SS. Apostolorum, Cœlicitorum Generalium, &c.* commentato à Theodoro Balsamone, Antiocheno Patriarcha. Impress. Lutetia 1620. fol. 80. ac de eo etiam *Armamentum Velazquez*, fol. 374. & *Marrac.* in *Antist. Marian.* folio 50. ubi adducit alios.

**E M M A N U E L** Diaz Hurtadus, Ord. Sanctissime Trinitatis Hispanus, de *Immaculata Virginis MA-*

*RIA*; *Conceptione Sermonem unum, impress. Salmanticae 1619. in 4.* Item, idem pro *Conceptione Virginis MARIAE*, ac *preservatione à peccato originali Sermonem alterum*, ibidem.

**E M M A N U E L** de Faria, in libro: *Lusiadas de Luis de Camões, Principe de los Poetas, &c.* cap. 7. fol. 330. vocat *Virginem MARIAM parentem perfectionem, Immaculatam, limpidissimam, gloriam candidissimam.* Lib. impress. Matrii 1639. in folio.

**E M M A N U E L** de Granada, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Sermonem pro *Immaculata parente cœlorum Imperatricis MARIAE*. Impress. cum anno 1651. in 4. à folio 185.

**E M M A N U E L** Malaxus, natione Græcus, lib. *Turco-Gratia*, sic ait: *Eo quoque die, Litanie gratiarum actionibus Dominum nostrum Jesum Christum, & sanctam gloriosissimam Panachurcham Dei Genitricem, spem & anchoram piorum virorum que Christianorum per quam reverenter venerantur, &c.* R. P. Joannes Euseb. Nieremberg. lib. Excep. cap. 26. fol. 518. notat pro *Virginis puritate*, quid illud verbum Græcum *Pannachurcham*, substantivè sumptum denotat gloriosam plenitudinem maxime beatitudinis ex parte, sive omnino, & undeque. Lege ipsum.

**E M M A N U E L** Mascareñas, Societatis Iesu in *Traict. de Sacramentis, tract. 2. disput. 6. c. 2. in 209. folio 208.* *Quod MARIA non habuit peccatum geniale.* Lib. impress. Parisijs 1656. in folio magnus.

**E M M A N U E L** de Matre Dei, Ordinis Minorum Hispanus, in *Traictatu super Magnificat*, ad verba: *fecit potentiam in brachio suo, agit de Immaculata Virginis Conceptione, teste Antonio Dum*. lib. de *Conceptione*, cap. 6. fol. 50. De hoc Autore nihil agit Waddingus.

**E M M A N U E L** de Monte Oliveti, Ordinis Minorum Hispanus, edidit *Opusculum sub hoc titulo: Resposta de unas proposiciones, que com los defensores, & devotos de la limpissima & Immaculada Concepción de nuestra Señora; ciero Canoniz y Prebendado de Zaragoza, en la misma Ciudad propuso, y publicó, &c.* Habemus illud manuscrip. in folio, & incipit: *De poca admiracione importancia ubieran sido, &c.*

**E M M A N U E L** de Naxera, Societatis Jesu Hispanus, de *Conceptione Virginis MARIE*, & *pro Patrona armorum Regni Hispaniarum, & religioso Conventu Matrum, seu Monialium Discalceatarum Conceptionis Domine nostre, &c.* Sermonem, in lib. impress. Compluti 1643. in 4. à folio 329. & Matrii 1650.

Item, de *eadem Immaculata Conceptione Virginis MARIE* Sermones 3. impress. Matrii 1648. in 4. à folio 1. usque 81.

Item, in *Commentarij* in lib. *Josue*, in *appendice de Rahab, & arca figurata*, seu de *MARIA Virgo*. *Quod Beatisima Virgo MARIA fuit sine labe concepita*, quatuor, à folio 713. usque 721. Lib. impress. Lugduni, anno 1647. in folio.

Item, in *Collegio Societatis Jesu Complutensi*, prædicavit Sermonem de *Conceptione Virginis MARIE*, seorsim impress. Compluti 1643. in 4. à folio 1. usque 77. Item, in *Adventuali*, folio 195. sub hoc capitulo: *Sermon de la Concepcion*, predicado en la celebra-

festividad, que consagrò à MARIA Señora nuestra un devoto lugo, el Domingo segundo de Adviento, &c. Impress. Matriti, anno 1652.

Item, tom. 3. Variorum Sermonum, à. fol. 340. sub hoc titulo: Sermon en la translacion del Santissimo, al sumptuoso Templo de San Norberto, celebrando sus illustrissimos Esclavos octava à la Conception purissima de MARIA. Impress. Matriti 1655. in 4.

Item, Sermone 8. super Miserere, ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus, &c. folio 200. Quod Christus & MARIA fuerunt absque originalis peccati mens. Impress. Matriti 1652. in 4.

EMMANUEL de Ocampo Hispanus, scriptor Orationem, seu defensorium pro tuenda Immaculata Virginis MARIAE Conceptione, quæ incipit: Aviendo acabado, &c. Impress. Matriti, anno 1631. & anno 1644. in 8.

EMMANUEL Ortegas, Societatis Jesu Hispanus, in lib. Corona eterna, que explica la gloria etencial accidental del cielo, del alma, y del cuerpo, fol. 125. Quid Virgo MARIA fuit absq; umbra dicens macula, &c. Lib. impress. Cæsaraugustæ, anno 1650. in 8.

EMMANUEL Paleologus, Græcorum, Imperator, in Oratione de Dormitione Virginis, parum post principium, incipit sic: Vitam enim prima inter homines innocentissimam egisti, mentemque habuisti omni profusa culpa vacuam, corpus illi contentaneum, &c. Et parum infra: Sicut & ille cum ipsa, qui etiam simul ac nata fuit: dixerim quoq; simul atque concepta fuit B. Virgo, suâ illam gratiam impletat, qui libi futuram Matrem prostituerat. Imo vero cum illa erat ipse antequam esset nata: factum quippe, & compactum est illi corpus temporibus suis (ur loquitur Paulus) de sanguinibus Immaculatae, nunquam tamen illi non fuit coniunctus, statim atque in sterili matris utero cœpit esse; hoc sibi vult illud Gabrielis: Dominus tecum; quod ipse docet distinguendo tempus hoc modo: Nam volens Conceptionis modum intemeratae Virginis declarare interroganti, tempore ulti est futuro, non praesenti, dicens: Spiritus Sanctus in te descendet, virtus Altissimi obumbrabit tibi. Salutando.

verò ait: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Non enim gratia plena futuram, sed ut existentem quod erat, appellavit, & benedictam salutavit. Cum gratia sis plena, o, Virgo, Dominus tecum: quia verò illum habes in anima, benedicta es in mulieribus. Verò Beatam oportebat esse illam, cuius anima incredibili pulchritudine esset ornata, & qualem nulla unquam tulere tempora; è cunctis mulieribus sola effugit damnationem ob peccatum, &c. Illa verò ab omni peccato semper fuit immunis, &c. Ex signatis tribus claufulis confat evidenter hic loqui Autorem de Virginis puritate à puncto fuit Immaculata Conceptionis. Extat hæc Oratio, quæ latissima est, & incipit: Dei Matrem, &c. apud Hippolytum Marrac. in lib. Cæsares Marian. à fol. 53. de quo Euseb. Nieremb. de Except. cap. 27. fol. 512. & Epist. ad Cardinal. Toletanum, fol. 27. Pistoia, fol. 235. & Marac in notis Marial. Isidori Thessalonicensis, Orat.

2. Item, in Odis quæ sunt novem, vocat fæpsum Virginem MARIAM, purissimam, Immaculatam, & quæ intemeratissimam quæ extant ibidem, & incipit primas Omnis ordo, &c.

EMMANUEL Pimenta Scalavitanus, Societas

tis IESU Hispanus, in libro Poëmatum, tom. 1. fol. 30. de Immaculata Conceptione Virginis MARIAE, Oracula septem pro immunitate Virginis, defumpta ex septem diversis locis sacrae Scripturae, usque ad fol. 35. Impress. Conimbricæ 1622. in 8. & alia sparsim per totum.

E M M A N U E L de Portugal Hispanus, in suis Operibus poetis, lib. 14. fol. 382. usque fol. 392. adducit aliqua de puritate Virginis, & inter alia dicit:

Fue resplandor sin noche, &c.  
Que fuiste ya del mundo unica flor  
Que nunc a perdio olor, &c.

Lib. impress. Ulyssipona 1605. in 8.

EMMANUEL de Reynoso, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Episcopus noyæ Segovia in Insulis Philippinis Hispanus, scriptor de Conceptione V. MARIAE Comprobationem. Lib. impress. Toleti 1616. in 4.

Item, scriptor Sermonem integrum, seu librum, unum de Conceptione B. MARIAE, ut refert Hippolyt. Marrac. in Antist. Marian. fol. 157.

Item, in libro: Fundacion de los Esclavos del Ave Maria, en la Religion de la Sanctissima Trinidad, &c. tam in Dedicatoria, quam in ipso libro, vocat MARIAM, purissimam, gratia plenam, mundissimam, sinceram, &c. Vide ibi, fol. 19. 33. & 36.

Item, in Sermone de Sanctissimo Nomine MARIAE, totum principium est de peccato originis Adam, & de præservatione Virginis MARIAE ab eo, & incipit: Llenos veo de gozo, &c. Lib. impress. Matriti 1623. in 8.

Item, in Relatione funerali, pro Venerabili P. Fr. Simone de Rojas, fol. 13. à tergo, agit de devotione & pietate Patris ad purissimam Conceptionem Virginis Dei Matris MARIAE. Lib. impress. Vallisoleti 1625. in 4.

Item, in Sermone facto in Curia Romana, pro funerali pompa Hispaniarum Regis Philippi III. fol. 25. agit de devotione p̄fissimi Regis ad mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE. Lib. impress. Barchinone 1622. in 4. Et Serm. de codem Philippo III. declamato Romæ Italice, fol. 35. inquit: Per che stando sua Maestà in Portugallo, intrando in una Chiesa li cadde à i piedi un quadro grande che era attaccato, che fù gran miracolo non succedesse una notabil disgrattia; & scribendo il Rè nostro Signore alla serenissima Infanta dele Descalee, sua zia, li disse, che l'haerero liberato Iddio da quel pericolo, l'attribuisse à la purissima, & Immaculata Conceptione di MARIA Santissima, per che stava in quel punto considerando quel celeste mysterio, è la Vergine de la Conceptione di quella santissima Casa dele Descalee di Madrid, &c. Impress. Romæ 1621. in 4.

E M M A N U E L Rodriguez. Ord. Minor. Hispanus, in tom. 1. Quæst. Regul. q. 1. scilicet 57. in ordine, in quinque art. divisam, videlicet 1. Utrum B. Virgo fuerit concepta sine peccato originali? 2. Utrum sit peccatum, prædicare B. Virginem fuisse conceptam sine peccato? 3. Utrum profecto, & Missa Conceptionis aliquæ indulgentiæ concedantur? 4. Utrum deserentes imaginem B. MARIAE, & eius Filii, quam Moniales Conceptionis deferant, aliquam indulgentiam consequantur? 5. Utrum in festo Conceptionis suspendatur Interdictum, & Cessatio à divinis? Lugd. 1612. in fol.

EMMANUEL Sà, Soc. Jesu Hispanus, in adnotat. in Biblia, ad cap. 2. Luca, explicans illa

A a 2 verba

verba: Ave MARIA gratia plena, inquit: Id est benedicta, quasi diceret: præcellens cæteras omnes benedictiones Dei, solaq; expers maledictionis. Vide infra. Impressum Biblijs Marianis Antwerpia 1624. in fol.

Item, in Sum. verb. Interdictum, de die Conceptionis V. MARIAE. Impress. Antwerpia 1618. & 1638. ibidem in 12. & alibi saepe.

EMMANUEL Saldania, Rector Universitatis Conimbricensis, ac Episc. Viennensis. fecit serib; in marmore juramentum à prædicta Academia factum pro immunitate V. MARIAE à peccato originali, &c. Vide Sebastianum Novaes, in Lilio inter spinas, fol. 358.

EMMANUEL Sarmiento de Mendoza, Canonicus Magistralis Metrop. Hispalen. pro Immaculata Conceptione Domini nostre Sermonem unum, in die 8. ipsius festivitatis, factæ à Confratribus Sacerdotibus S. Petri ad Vincula, in Parochiali Ecclesia ipsius Civitatis, die Dominica 26. Iunij 1616. Impress. Hispali eodem anno in 4. & incipit: Aviendo ponderado. Item, de Immaculata Conceptione V. MARIAE Sermonem alterum, prædicatum in Ecclesia S. Vincentij Hispali. & incipit: A los grandes inconvenientes. Impress. Hispali 1615. in 4. Item, in Serm. funerali D. D. Antonij Zapata S. R. E. Cardinalis, in salutatione vocat Virginem MARIAM Immacularam. Impress. Hispali 1625. in 4.

EMMANUEL de Vargas, Ord. Prædicatorum Hispanus, in Sermone dicto die 3. Paschatis de Spiritu Sancto, in octavario Incarnationis, & Annuntiationis SS. Matris Dei, in Parochia S. Nicolai Civitatis Hispali. fol. 7. inquit: Duo dicithic Angelus, primum quod Spiritus Sanctus superveniet: non dixit venier, sed superveniet; quia Spiritus Sanctus venerat in Virginem in sua purissima ac Immaculatissima Conceptione, in qua ei communicavit dona cœlestia gratiarum, in tanta abundantia (ut dicit Docto Angelicus S. Thom. Opus. 4. de Salutat. Angelica) quod tunc in Domina nostra fuit reperta major gratia, quam in supremo Angelorum, &c. Et infra air, quod prima gratia, quam habuit Virgo SS. in sua purissima Conceptione, excessit gratiam omnium Sanctorum; quod probat ex Bernardino Senensi, Suario, & Barradas. Impress. Hispali 1619. in 4.

EMMANUEL Vazcañon, Poëta Hispanus, quamplures edidit Carmina, pro Immaculata Virginis Conceptione, ut refert Ant. Calderon in lib. de Concep. fol. 81.

EMERENTIANA de Sylva, Monialis .... Hispana, scriptit Glossam pro immunitate Virginis Deipare à peccato originali, & est cum aliis in lib. de Concep. Sanct. Zapata, folio 132.

E. Molinier, Docto Tolosanus Gallus, in libro: Le mystere de la Croix, & de la Redemption du monde, in Sermone de Nativitate Virginis, fol. 524. Quod Adam sumpsit ab Eva perfluationem peccandi, sed secundus Adam sumpsit à secunda Eva, quam sanctificavit ut ejus redemptor per sua merita, & in Conceptione per præservationem, & in Nativitate per continuationem favorum, &c. Extat impress. Tolosæ 1628. in 8.

Item, in Sermonario de Sanctis, fol. 152. adducit Sermonem de Immaculata Conceptione. Lib. impress. Tolosæ 1648. in 8.

EMUNDUS Augerius, Soc. Jesu Gallus, in Catechismo Catholico Christianæ Juventutis: Quid

Virgo MARIA sola sine peccato fuit inter omnes sanctos, &c. Augustin. in lib. de Natura, & Gratia; & Bernardus, &c. super Salutationem Angelicam, cap. 3. lectione 10. fol. 363. Impress. Matriti 1592. in fol.

EMUNDUS Merillius, Juris Consultus Gallicus, lib. 2. Observationum, cap. 18. & lib. 8. de Pignoribus, probat Sanctissimam Deiparam generali obligatione peccati communis non teneri, &c. Ita Ant. de Leon, in Bibliot. M.S. class. 9.

ENGELBERTUS de Bois, Episc. Namurensis, tale dedit rescriptum pro Conceptione Virginis: Universis praesentes visuris, salutem in Domino. Notum facimus ac testamur, fuisse nobis exhibita ex manibus, & domibus virorum proborum, qui testantur se ea à Majoribus accepta, duo Chronicæ manuscripta Leodiens. ex cuius Dieceesis hæc nostra Namurensis excerpta referentia se ad antiquiora, & antiquioris idiomatis Leodiensis, & extra eum ex tertio simili manucripto sub signatura nobis nota DD. Praepositus & Decani insignis Ecclesiæ Nivelensis hujus noctis Dieceesis. Quæ inter memorabilia Ecclesiæ Leodiensis concorditer referunt, ad annum 1142. ibi Alberone II. Episcopo, & Principe Leodiensi monitu & revelatione facta cuidam Armenfredo filio Sebastiani Mailardi, Cantori Ecclesiæ Collegiate S. Crucis Leodiensis; institutum & celebratum fuisse per totam Diececem Leodiensem, in remedium magnorum malorum, festum Conceptionis Beatae MARIAE Virginis, die 8. Decemb. Et quodcum unum illorum exemplarium exprimit illud festum, sub titulo puræ, & Immaculata Conceptionis Beatae MARIAE Virginis, referendo hæc adjici, quæ & Immaculata, ad hanc ipsam Conceptionem. In quorum fidem ac robur, hasce nostras manus signatas, sigilloque nostro munitas dedimus Namurci, anno 1648. die 18. Maij. Ita ad litteram R. P. Mathias Hauzeur, in Collat. Theolog. tom. 2. folio 458.

Item, dedit Bullam pro erectione Confraternitatis Immaculatae Conceptionis in Conventu Fratrum Minorum Nivelensium, die 19. mensis Novembris anno 1640. in qua concessit quadraginta dies indulgentiarum, vocatque Conceptionem sanctam, & Immaculatam repetitis vicibus; ut videre est in libro ejusdem Confraternitatis. Impress. Namurci 1640. in 12.

ENODIUS Ticinensis Episcopus, & Beatus. Hymno 5. ad Sanctam Virginem Dei Matrem MARIAM, inquit,

Quid mens requiras ordinem?

Natura totum perdidit,

Hoc est salus, quod vincitur, &c.

Et in Epigrammate de Virgine, inquit:

Sic tua Virginitas mansuro conflet in ævo,

Nec pereat quidquid vita beata dedit.

Sic non commaculent nigrans membra puelle

Nec raccas proper tartarea faciem.

Lib. impress. cum annotationibus Andreae Soto Tornaci 1611. in 8.

EPHRÆM Syrus Sanctus, natione Græcus, Sermone de SS. Dei Genitricis Virginis Mariae laudibus, in principio inquit: Inviolata, integræ neq; pura, ac casta Virgo Dei Genitrix MARIA, Regina omnium, spes desperantium, Domina nostra glorioissima, eadem optima ac præcellentissima, sublimior cœlitibus, candidior

lis rādijs, atque fulgoribus. Et infra: Tu Virgīnum gloria, corona, ac gaudium: Tu mundi lētitia, ô Domina Princeps, atque Regina p̄fstan-tissima, & Dominarum Domina purissima, atque castissima, &c. Sicut castissima respicit Virginitatem intactam, integerrimam, quæ nec in minimo fuit lēsa; ita purissima respicit animæ integritatē, ac immunitatē à peccato in sua Conceptione, in qua fuit Immaculata & Immaculatissima pura ac purissima. Item infra: Tu enim noster es portus, ô Virgo intemerata, &c præses, pia auxiliatrix, &c. Item idem, in Oratione ad SS. Dei Genitricem, inquit: *Immaculata, & intemerata, incorrupta, & prorsus pudica, atque ab omni forde, ac labe peccati alienissima* Virgo Dei Sponsa, ac Domina nostra, &c. Quid clarius dici poterat pro omnimoda immunitate Virginis MARIE à peccato? Extat impress. Roma, anno 1598. in fol. tom. 3. fol. 208.

Item, in Sermone seu Oratione in Margaritam pretiolam, tom. 3. fol. 163. inquit: Malo etiam mori, ut tu glorificeris; novi quod haudquaquam condemnabor abstinentes à reprehensionibus in eos, qui peccant: at non desino id facere, ut te insoucias, nullaque peccati labe pollutam demonstrem, &c. Et paulo infra loquens de anima sua, inquit: Tu enim eam mihi immaculatam dedisti, verum Pater meus Adam, multis hanc sordibus contaminatam, debilitatamque reddidit; & nunc ego invitus obliquè feror, &c. Hæc attuli, non quia existimem hic de MARIA loqui, sed ut cognoscatur quomodo SS. PP. loquebantur de animæ creatione, & de peccato originali. Item infra: Neque enim passa est MARIA ut mulier, neque partus dolorem sensit ut Virgo, &c. Considerandum est in MARIA, quod fuerit mulier, & Virgo; ut mulier, nihil passa est, nec ut Virgo dolorem sensit, &c. Mulier fuit ab instanti sua Conceptionis, sed ab illo nihil mali est passa, sicut nec ut Virgo in partu, seu à Conceptione Filij Dei. Item infra: Et Margarita ex immundis nascitur animantibus, ipseque Christus ex natura sordibus obnoxia natus est, quæ purgationibus per visitationem ipsius indigebat. Quemadmodum autem fulgor universa explorat, sic etiam Deus, & sicut occulta illuminat, ita quoq; Christus recondita naturæ illustrat, purgatque; ideo Virgine prius purificata, sic natus est, ut offendere ubi Christus est, ibi omnem puritatem agere; mundavit eam in sancto præparans Spiritu, & sic ipsum Virgo suo concepit utero purificata; mundavit eam in castitate, ac sanctificatione, ideoque natus Virginem ipsam reliquit, &c. Item infra: Paulum Christus ex cœco illuminans, & ad pietatem transferens, fecitq; lumen, omen; & persecutorem, Apostolum; crudelē, misericordem & obedientemque tractabilem eum, qui olim inobedientis, atque intractabilis fuerat. Et cur non multò magis intus in MARIA Virgine, cum esset Deus Verbum, ipsam ab omni corruptione, atque mutatione alienam efficeret? pro arrhabone fidem accepit pueræ, & non amplius propendens erat gratia; sed dum iure optimo in corruptionis vim illi præbet, fides naturam adduxit, & hanc excipiens gratia, non amplius esse corruptibilem passa est, verum sibi ipsam adiunxit, sicut Rex vas privati alicuius hominis proprium faciens: atque ita facta est S. MARIA iam non mulier, sed Virgo & gratia plena, sicut cibis iumentorum Regius efficitur, si Rex illum participaret, ex eoque vesceretur. Non dico im-

mortalē illam fuisse, sed quod ab appetitu seducta eversaq; non fuerit; cumq; gratia efficaciam illustrata esset, rubiginem, quam natura habebat adhaerentem, ferro grata mundavit & illustravit, &c. Item infra: Fuit igitur MARIA Patri arrhabo, Filio Mater, hominibus fons, Spiritus æterni, & pudicitiae, atque *in-corruptionis* præceptum, &c. Et infra: Verumtamen non ex superinducto semine (quod absit cogitare) Virgo suam ipsius substantiam genuit, sed sine carnali motu concepit, atque inviolata mysterium peregit, & non lapidibus, ascia vel securi dolatis, humanoque quodam artificio politis, Sapientia sibi domum ædificavit; non est auditus ferri sonus in ædificio, neque enim vir in MARIA ministravit, sed Virgo ipsa permanxit. Ut enim in Templo Salomonis politi per se, ac dolari iam lapides erant, non ibi ab hominibus preparati: ita etiam in MARIA assumptio non virili opere facta est, sed ex natura nostra deleta, de castissima ac venerabilissima Virgine. E terra sumpti fuerant lapides & aucti, similiter & assumptio per naturam, & divinitas manifestat *Immaculata propter incontaminatam naturam*, &c. Vide quid dicamus de hoc Sancto, in Sole Veritat. E P I P H A N I U S Episcopus Constantiæ Cypr., Sanctus, natione Græcus, in Oratione de laudibus S. MARIAE Deiparae, pro immunitate Domina nostræ, hæc habet: De radice Jesse ortus est Rex David, & de Tribu Regis David S. Virgo; Sancta, inquam, & Sanctorum virorum filia, cuius parentes fuerunt Joachim, & Anna; qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum hujusmodi germinarunt, S. Virginem MARIAM, Templum simul & Matrem Dei Joachim porrò, Anna, & MARIA, hi tres Trinitati palam sacrificium laudes offerebant. Joachim enim interpretatur præparatio Domini, eò quod ex illo præparatum sit Templum Domini, nempe Virgo: Anna rursum similiter gratia interpretatur, propter quod Joachim, & Anna gratiam acceperunt, ut accendentibus precibus talem fructum germinarent, Sanctam Virginem adepti, &c. Infra: O Sponsi desiderium summæ puritatis, propriam ancillam, Sponsam & Matrem sibi despondet, &c. Inferius dicit, quod gratia B. Virginis est immensa: Ave gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo. Et paulo post: Quid dicam? & quid proloquar? quo pacto Beatam prædicabo gloriæ radicem? solo enim Deo excepto, cunctis superior extitit naturæ formosior est ipsis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelico, &c. Et post pauca: O Beata Virgo columba pura, & Sponsa cœlestis MARIA. Mons nullatenus incisus, &c. Templum minimè compositum, Ovis immaculata, qua peperit Agnum Christum, &c. Virgo est lumen immaculatum, quæ rosam immarcessibilem genuit Christum, &c. Virgo incorrupta, Templum impollutum, &c. Et infra: Sancta Mater Immaculata, quæ genuisti Christum, qui est ante te, &c. Item infra: Angeli accusabant Evam; nunc verò MARIA gloriæ prosequuntur, quæ mulierum infirmitatem verè gloriósam reddidit, quæ lapsum Eve erexit, & Adamum è paradiſo dejectum in cœlos misit, &c. Qui accusabant Evam non excusant MARIA, eò quod esset signum alicujus macule; sed gloriæ proleuantur, quod est signum innocentie. Quæ omnis reperies in 2. to. Græco-latino Dionysij Petavij Aurelianen. notis, sive animadversionibus illustrato, fol. 291. Impressi Parisijs 1622. in folio, & Coloniz 1617. in folio, & alibi.

A a 3

Item,

Item, tom. 1. lib. 3. adversus Hæreses, hæref. 58.  
f. 78. adversus Antidicomarianitas, col. 1033. inquit: Si Sancta MARIA Virgo nuncupatur, nec appellatio ista aliquando commutabitur; hæc enim perpetuum incorrupta permanit, cur igitur vos natura ipsa non docet? &c. Infra, col. 1043. Nam nisi vere Mater ejus extitisset, à qua carnem acceperat, quæque ipsum pèpererat, non tantam ei curam adhiberet, ut perpetuum Virginem commendaret, quæ & Mater ob suscepit honorem, atque admirabile corporis sui vas, nullam labem admisit; &c. Nota hæc ultima verba: quod si vas illud mundum nullam labem admisit, igitur nec peccati originalis. Item infra, col. 1050. Aliud vero præterea in utraq; Eva scilicet, & MARIA considerari potest, & quidem admiratione dignum; si quidem Eva generi hominum causam mortis attulit, per quam mors est in orbem terrarum iniecta; MARIA vita causam præbuit, per quam vita est nobis ipsa producta, &c. Item infra, col. 1055. Neque enim MARIA Deus est, neq; de celo corpus accepit, sed a viro ac muliere genita, tametsi ex promissione, ut olim Iсаacus, singulari Dei si providentiæ concessus, &c. Si singulari providentiæ, ergo & singulari modo à viro & muliere genita, ac singulari gratiæ concepta. Item infra: Ac Christum plane hominem esse factum, perfectumq; Dænum ac perfectum hominem arbitrantur, peccati omnis expertem, qui corpus de MARIA suscepit, una cum anima & mente, ceterisq; quibus hominum natura constat, &c. Et adversus Collyridianos, hæref. 59. vel 79. inquit: Nam ut paullo ante, qui superiorem illam sicutam amplexi sunt, contumeliosas in B. Virginem opiniones hominum ingenij asperferunt, sic isti contrariam in partem declinantes, extremam in noxam ac perniciem inciderunt, &c. Et infra, col. 1061. Sanctum erat MARIAE corpus, fateor, non tamen Deus illa fuit: eadem & Virgo extitit; minimè tamen nobis adorandum propofita, sed eum adorans, ipseq; Æsua carne genitus, è celo ac paterno suu descendens, &c. Propter hæc dico: Deme adorationem à Virginine MARIA, & omnia alia quantum ad puritatem & sanctitatem ac immunitatem à peccato, ipsi concede. Et infra, col. 1066. Nam Eva per contumaciæ suam divinum opificium everxit, cum serpenti voce, ac promissis illecta, à fano dogmate deflectens, alias ad mentem sese transstulit; præterea Dominus omnium ac Salvator, ut ei dolori mederetur, & quod eversum erat instauraret, quod defeccerat refutueret; quandoquidem mors in mundum à muliere derivata fuerat, è muliere Virgine natus est, quæ & mortem excluderet, & quod manum erat perficeret. Porro eadem iterum nequitia revolvitur, ut vitium ac defectum in orbem terrarum invehat, &c. Lib. impress. Parisijs ut supra.

ERHARDIUS Fabri, Theologus Baccalaureus, elaboravit integrum Tractatum ac Sermonem pulcherrimum de Immaculata Virginis MARIAE Conceptione. Ita invenies apud Daniëlem Agricolam, in sua Corona Doctorum, pro hoc mysterio, fol. 175. quem invenire haud potuimus.

ERHARDIUS Winhein, Alvimanius, Ordinis Carthusianorum, in libro dicto: Sacrarium Agricopina, in Tabula festiuali eorum Sanctorum, quos præ ceteris plebs Coloniensis per anni circulum veneratur Patronos, ad diem 8. Decemb. adducit

Conceptionem Beatæ Virginis MARIE, folio 113. Lib. impress. Coloniae 1607. in 8.

ERICIUS Altisiodorensis, Sermone de Purificatione, dicit: Dei Genitricis summis votis obsecremus auxilium, ut sua potenti intercessione nobis apud Filium suum purgationem impetrare criminum; quæ purgationem temporalem suscepimus pro fôrdibus peccatorum, &c. Est hæc auctoritas apud Joan. Euseb. lib. Exception. cap. 13. fol. 203.

ERICIUS Puteanus, in lib. Pietatis Thaumaturgiæ pro Proteo Parthenio Bernardini Bauffi pro illo celebri versu: Tot tibi sunt dotes Virgo, quæ sydera celo; sparsim per totum librum vocat Virginem MARIAM, puram, pulchram, gratiæ plenam, cœlo & stellis clariorem: sed pro nostro afflanguere solum transcribo verba, quæ extant folio 71. Quidquid in mundo pulchrum, Christo adscrive; quidquid in celo illustris, donante Filio Mater accepit, &c. Lib. impress. Antwerpia 1617. in 4.

Item, in lib. Diva Virgo Bellifontana in Segnis, loci ac pietatis descriptio, &c. cap. folio 17. inquit: Testis quoque, & velut tessera tam verandaæ antiquitatis statua Virginis est evo perinde illæsa tamen, &c. id est, tessera Virginis est quæ indicium evidens, quod nunquam prototypum suum quæ maculæ lessum. Lib. impress. Antwerpia, anno 1631. in 4.

Item, in Oratione de Assumptione Virginis Matris, folio 4. inquit: Sustinuit peccati penitentiæ culpa obnoxia; & folio 42. Labe peccati tamen, & à pena removeretur, &c. Impress. Lovani, anno 1620. in 16.

ERICIUS Rhonæ, in libro: Ideæ reformatæ Antichristum, tom. 1. in Præfatione, affirmit: Quod omnes homines, excepto Christo, nascuntur peccatores, seu in peccato originali. Et eodem tom. 1. part. 2. cap. 2. fol. 103. inquit: Prætere, nemo sine peccato unquam natus est propter Virginem Dei Genitricem; quomodo Sanctis aliis tributur perfectio, quæ legem Dei perfectè implerint? Et in Litania vocat Virginem, priuissimam inviolatam, & incontaminatam, fol. 184. Impres. Venetijs 1623. in 4. Puto, quod hic sit Hæreticus.

ESTACIUS Insensatus Academicus, intentus sub hoc nomine supposito, scriptit Cantiones pulchram pro domo Lauretanæ, ubi sic de Deo loquitur:

*Di sacra virginella intata, è puro  
Misterio solo inteso  
Da chi di Dio, &c.*

Extat in libro Bartholomæi Zucchi, de Historia Lauretanæ, ad finem.

EVANGELISTA, seu Vangelista Marcellinus, Ordinis Minorum Italus, elaboravit Compendium stellarum Virginis MARIAE. Venetijs 1588. ubi latè de Immaculata Conceptione.

Item, super Magnificat, affirmat Virginem sibi conceptam abh; peccato originali, ut refert Daza, tractat de Concep. cap. 6. fol. 48.

EVANGELISTA Momingus, Ordinis Minorum Italus: Quod B. Virgo MARIA fuit immensis ab originali culpas & hæc prærogativa fuit primus lapis in ædificio Marianæ; ex Anselmo, Bernardo, Vincentio Ferrer, & Ambrosio Mediolanensi, in libro dicto: Diario Quadragesimal. serm. de Annuntiat. par. 1. fol. 264. Lib. impress. Venetijs 1648. in 4.

Item, in Sermonario Quadragesimali, & de Sa-

etis, habet indicem concionatorium pro die purae Conceptionis. Lib. impress. Coloniae 1659. in 4.  
EUCHERIUS Lugdunensis Episc. ac Sanctus, in Sermon. ser. 4. Domin. 4. Adventus, sic ait: *Quis unquam tantam gloriam habuit, quam Virgo Maria?* Alij autem ad mensuram gratiae dantur, hec autem gratia plena dicitur, &c. Quæ autem gratia plena sit priusquam concipiatur, & post conceptionem quantâ Dei abundat gratia: quis cogitare possit? *Hoc autem sola inter omnes mulieres benedictum,* quæ adhuc sub antiqua prævaricationis maledictione tenabar nisi non fuit sub illa maledictione. Ab antiqua prævaricatione mulieris exordium habuit originales peccatum, à qua omnes mulieres fuerunt maledictæ; inter has omnes benedicitur Maria; igitur ut à peccato illo, & prævaricatione exempta.

Item, scripsit Homiliam, seu Sermonem unum de Conceptione B. Virginis MARIE, ut refert Hippol. Marrac. in Antist. Marian. fol. 170.

EUGENIUS Martanellus de Gavardo, Ordinis Minorum Brixensis, in libro dicto: Speculum in quo reliquit D. Thomæ sententia, quod B. Virgo fuerit sine peccato concepta, ex Tractatu R. P. Andreae de Peruzzini ab Orziano, de eadem materia excerptum & in lucem editum, librum unum. Impress. Patavii 1628. in 4.

EUGENIUS Petrellus Venetianus, Poëta Italus: *Quod Virgo MARIA concepta fuit absq; illo peccato,* in libro dicto: Novo concerto de Rime. saepe. Impress. Venetiis 1616. in 12.

EUGENIUS Quartus, Summus Ecclesiæ Pontificis Optimus Maximus, concessit Bullam pro erectione Confraternitatis Conceptionis B. Virginis MARIE, existentis in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. & septem annos, & totidem quadragenas pro visitantibus Capellam Conceptionis ibidem existentem, in feto eiusdem. Datum Florentie 1442. 3. Kalendas Septembbris, Pontificatus sui anno 12. Excat hac Balla originalis in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. cum plumbo, ut reficit Augustinianus Anonymus, in recollectione Privilegiorum eiusdem Confraternitatis Conceptionis. Lib. impress. Parisiis 1632. in 16. & adducit totam Bullam Gallicè, folio 5.

EUGENIUS de Robles, Magister Hispanus, ac postea Clericus Minor, in Compendio vita D. D. Francisci Ximenez de Cisneros, fol. 138. agit de Capella & Confraternitate purissima Conceptionis Domine nostre, ecclesiis Toleti ab ipso venerabili S.R.E. Cardinali. Lib. impress. Vallisoleti 1604. in 4. & Toleti. Et de Missa Conceptionis Virginis MARIE, cap. 37. fol. 307.

EVODIUS Antiochenus, natione Græcus, de Beata Virginis Conceptione Epistolam unam, quæ extat tomo 2. Operum Sancti Augustini, sub hoc principio: Evodius Augustino Episcopo salutem. Noissima impress. Parisi. 1635. fol. 342. Sed tota est de Conceptione activa, non passiva. Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. fol. 371.

EUSEBIUS Cæsar Italus, in Symbolo, discurs. 31. versus finem, agit de Immaculata Virginis Conceptione.

ne. Sic Peruzzini, in Analyti, art. 2. fol. 110. EUSEBIUS Gallicanus, sive Emensus, Episcopus, in Homil. 2. de Nativitate Christi, sic inquit: Agnosce, ô verè Beata MARIA, gloriam tuam, illam (inquam) gloriam, quam ribe vel Angelus nuntiavit, vel Joannes per os Elizabeth matris adhuc de secreto uteri prophetavit. Benedicta itaque tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui; & unde mihi hoc, ut veniat Mater Domini ad me? Exulta Mater salutis humanae. Ecce Domini mei, universo mundo per tanta retro sæcula promissum, prima suscipere mereris adventum. Habitaculum immensæ Majestatis officis, spes terrarum, decus faciolorum, commune gaudium peculiari munere novem mensibus sola possides: initiator omnium rerum abs te initiat, & profundendum pro mundi vita sanguinem de corpore tuo acceptit, ac de te sumpsit, quod etiam pro te salvat. A peccati etenim veteris nexu per se non est immunis nec ipsa Genitrix Redemptoris; solus ille licet ex debito renascatur, lege tamen veteris debiti non tenetur: *parum tamen tibi cum ceteris communem matribus est;* medium enim dolorum nostrorum sine dolore paris, sanatorem depravati sæculi atq; corrupti sine ulla pudoris corruptione progeneras. Nec enim decebat, ut qui ad hoc venerat, ut violata in integrum restiteret, aliquid de materna integritate violaret, &c. Extat tomo 5. part. 1. Biblioth. veterum PP. folio 545. impress. Colonien. Alia verba hujus Auctoris, vide in Sole Veritatis.

EUSTACHIUS Antiochenus Græcus, in Hexameron, appellat Virginem totius puritatis, & omnium macule liberam. Ita ex Leone Allatio, Euleb. in lib. Excep. fol. 163. cap. 13. Liber Eustachij extat impress. Lugduni 1626. in 4.

EUSTACHIUS de Bellay, Episcopus Parisiensis, in libro: Institutio Catholica, quam vulgus Manuale vocat, &c. Idibus Decembris: *Conceptione B. MARIE;* ab omni opere manuali & servili. Et nota, quod si Dominica venerit, die sequenti celebrabitur, & feria illa die. Hoc haber rubeis litteris in Kalendario.

EUSTACHIUS N. sub hoc nomine, habet Sermonem de Annuntiatione, qui incipit: Ave MARIA gratia plena; & est verbum Salutationis Gabrielis Archangeli, &c. ubi sic dicitur: Tertio modo Ave est contrarium Eve, & hoc per transpositionem litterarum. Unde Diva Virgo est contraria Eva, quia Eva fuit expulsa de Paradiso per peccatum; MARIA autem intravit per gratiam. Eva clausit portam Paradisi; MARIA aperuit. Item, Eva habuit fructum maledictum, scilicet Cain; MARIA benedictum. Ave Virgo MARIA, respice miseras meas, & succurre mihi, liberame à re peccati originalis, à re peccati venialis, & à re peccati mortalis. Etsi horum nullum istorum in se habeat; tamen illud trivplex vñ aliorum debet ei exclamare, &c. Extat Sermo iste manuscr. in Monasterio Florentensi Patrum Norbertinorum prope Namurcum, cum aliis Sermonibus S. Thomæ Aquinatis & aliorum, in charta pellicea in 4. fol. 89.

EUSTACHIUS Salodienis, Ordinis Carmelitarum, in Historia Ecclesiæ Lauretanæ à Baptista Mantuano conscripta, &c. prope medium (non enim haber capita, neque foliationem) inquit: Nemo est enim tam obstinatæ nequitæ, tam feris moribus, tam indomitæ cervicibus, qui, si puret hoc fuisse Virginis Immaculatae cubiculum, ad ipsum viden-

videndum, & venerandum summo non accen-  
datur ardore, &c. Lib. impress. Romæ, anno  
1589. in 12.

**EUSTACHIUS** à Sancto Paulo, Congregati-  
onis Fullensis, Ordinis Cisterciensis, & Doctor  
Sorbonicus 2. par. Sum. Theolog. de Deo Homi-  
ne, & de Christo Redemptore & mediatore, traet.  
2. disp. 1. quæst. 1. Quanta fuerit ac esse decuerit  
in B. Christi Matre sanctitas & gratia? Cujus quæ-  
stionis principia conclusio seu propositio, hæc est:  
Beata Virgo in ipso sua Conceptionis momento  
fuit sanctificata, & ab originali peccato prævenientis  
gratia beneficio præservata. Quam conclusionem probat  
late, à folio 336. usque 359. Propositio 5. sic se  
habet: Beata Virgo fuit liberata prorsus à fomite  
peccati, per primam sui sanctificationem in instanti  
sua Conceptionis. Lib. impress. Parisijs 1616. in 8. &  
ibidem 1614. in 8.

**EUTYCHIANUS** Historicus, de Pœnitentia  
Sancti Theophili, inquit: Sancta venerandaque, &  
omnibus laudibus celebranda Deiparens, qua sola  
castra & pura est, sola sancta anima & corpore, &c.  
Joannes Euseb. Nieremberg. in libro Excep. cap.  
13. fol. 157.

**EUTHYMIIUS** Eremita, lib. 3. Ecclesiastice  
Historiae, cap. 40. vocat Virginis MARIE corpus  
intemeratum, impollutum, & ex omni parte laudandum,  
&c. Vide, quomodo hæc pro omnimoda puritate  
Deipara explicat Joan. Euseb. lib. Excep. cap.  
13. fol. 183.

**EUTHYMIIUS** Zigabenus, vel Zigabonus, Mo-  
nachus S. Basilij, natione Græcus, in Oratione de  
veneranda Zona Sanctissima Deiparae, &c. cap. 8.  
sic inquit: Hunc ergo ante sæcula Deum (qui com-  
prehendi non potest, qui refusit in duabus essentijs,  
& in operationibus; una autem, ut diximus,  
perlona, & nobis in omnibus fuit assimilatus, pre-  
ter peccatum) peperit, quæ est verum patrocinium  
Christianorum, & propriè, verèque est Deipara,  
quæ est altior & superior quavis re creata, tam  
quæ sub aspectum cadit, quam quæ non cadit, quæ  
est pura, impolluta, intacta Patris (qui nec videri, nec  
comprehendi potest) ab omni reprehensione aliena,  
& pulcherrima Sponsa, quæ est in omnibus glori-  
osa & benedicta, & in bonitate & benignitate  
est incomparabilis, &c. Quæ in omnibus fuit glori-  
osa & benedicta, in nullo habuit maledictionem,  
vel ignominiam. Item infra, c. 18. ait: Hodie Tem-  
plum dedicatur laudatissimæ, & ab omni labe alienæ  
Puelle, &c. Hodie Templum omni ex parte bene-  
dicta, & veneranda Adolescentula, & Prophetarum  
Coronati est dicatum, &c. Hæc verba clara  
& expressa videntur pro omnimoda puritate V.  
MARIE. Extat hæc Oratio apud Surium die 31.  
Augusti, fol. 1016.

Item, in Panoplia dogmatica Orthodoxæ Fidei,  
vocat Deiparam MARIAM sanctam, & omni ex parte  
gloriosam, &c. Lib. impress. Venetijs 1535. Vide  
Joannem Eusebium, libro Differt. Epist. 15. folio  
275. Non autem esset ex omni parte gloriosa, si  
ex parte Conceptionis haberet ignominiam pec-  
catorialis.

## F.

**FABIANUS** Fiogi del Monte Sancto Sabino,  
in Dialogo Italico, sub titulo: Fra il Cathecu-

meno, è il Padre Catechizante, cap. 42. ad finem  
fol. 91. inquit: Perche la porta per la qual dobbie-  
va intrare Iddio, figurava il santissimo venire di  
MARIA Vergine, & il dire del Propheta: tre volte  
ferrata, dinota che en trè tempi la Maddonna  
Immaculata doveva eser Vergine, &c. Lib. impress.  
Romæ 1582. in 4. Melius diceret, quod Virgo  
MARIA ter fuit porta clausa, quia triplicem te-  
clusit corruptionem Virginitatis, peccati & inci-  
merationis; fuit enim porta clausa in ingresso, id est  
in sua Conceptione, peccato, & in Incarnatione Verbi  
divini permanens Virgo purissima, & in fine  
fuit etiam porta clausa corruptioni.

**FABIANUS** Justinianus, Congregationis Or-  
toriaj Januensis, Episcopus Adiacensis in Confici-  
de Conceptione Beatæ MARIE indicem habet uni-  
versalem, verb. Conceptio, folio 101. & verb.  
MARIA, de eadem Conceptione Virginis MARIE indi-  
cem, in libro sui Indicis universalis. Impress. Ro-  
ma, anno 1612. in folio.

**FABIUS** Incarnatus, Doctor Neapolitanus, in  
libro: Scrutinium Sacerdotale, sive: Modus ex-  
minandi tam in visitatione Episcopali, quam in  
successione Ordinum, part. 1. tract. 5. de Articulo  
Fidei, folio 93. inquit: Et quod dicitur de Spiri-  
tu Sancto conceptus, per hoc excluduntur ca-  
nales commixtiones. Qui Spiritus Sanctus illius  
Conceptionis mundam ab omni peccato reddidit,  
quod nunquam factum est in aliquo puro homi-  
ne; licet aliqui fuerint sine peccato, & sanctificati in  
matre, sicut Joannes Baptista & Hieronymus, tamen in  
peccato originali fuerunt concepti, & secundum rationem  
seminalem descenderunt ab Adam: Christus autem  
non solum natus est, sed conceptus fuit sine  
peccato à Spiritu Sancto, &c. Lib. impress. Venetijs  
1593. in 8. Auctor iste prima facie cum non ex-  
cipiat Virginem MARIAM ex illa universalis pro-  
positione: Quod nunquam factum est in aliquo  
puro homine, videtur illam comprehendere in  
peccato originali; sed meo videri hic Auctor su-  
periori & doctissimo artificio exceptit Virginem,  
non ex eo quod hic solum loquatur de hominib-  
us, non autem de foeminis; sed quia non ignorabat,  
quod Virgo MARIA excellentior modo  
fuit sanctificata in utero matris, quam Joannes  
vel Hieronymus; ipsam tamen cum supradictis no-  
luit nominare, quia illa exempta est ab omni re-  
gula universalis, & cùm de peccatis agitur, præ-  
pè originali, de MARIA nullam debemus facere  
mentionem. Etsi non est verus Miles, excludatur.

**FABIUS** Papazonius, Ordinis Minorum Itali-  
anus, edidit de Conceptione Immaculata Virginis MARIE  
Opusculum. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth.  
par. 1. fol. 316. & Pistoia, folio 158.

**FABRICIUS** Paulicius Forliviensis, primus  
Episcopus Plebanus, Italus, in Commentariis  
4. Evangelia, cap. 2. de Annuntiatione Verbi, fol.  
15. col. 2. Quod à B. Virginie MARIA omnis labes &  
omnis macula absuit, &c. Lib. impress. Romæ 1616.  
in folio.

**FABRICIUS** Porticella Melitensis, Doctor  
in utroque Jure, in libro suo, cui titulus est: Index  
sententiarum Breviarii Romani per ordinem al-  
phabeti, verb. MARIA, folio 234. inquit: Maria  
Dei nil nobilis, nil splendidus, nil caelius. In saeculo Con-  
ceptionis ipsius, Lect. 4. ex Ambroso. Lib. impress. Ro-  
mæ 1580. in 8.

**FASICULUS** Temporum, cujus Auctor  
Wernerus